



Page 79

ca 38

June  
267



A, L, S

Justinus

Compendium Historiarum ex  
Trois Pompeis excerptarum.

Mediolani 1474.

Hain <sup>49</sup>9650.

243

2

x



Iustini Historici Clarissimi in Trogi Pompeii  
Historias Exordium.

x N. 3. 8

Clavil Justinus  
anno Dom. CXLII.



VM MVLTI EX ROMANIS  
 etiam consularis dignitatis uiri res ro-  
 manas graeco peregrinoq; sermone in  
 historiam contulissent: seu æmulatione  
 gloriae: seu uarietate & nouitate operis  
 delectatus uir priscae eloquentiae Trogius pompeius grae-  
 cas & toti orbis historias latino sermone coposuit: ut cu  
 nostra graece: graeca quoq; nostra lingua legi possent:  
 prorsus rem magnam & animi & corporis aggressus.  
 Nam cum plerisque auctoribus singulorum regum uel  
 populorum res gestas scribentibus opus suum ardui  
 laboris uideretur: non ne Pompeius nobis herculea au-  
 dacia orbem terrarum aggressus uideri debet: cuius libris  
 omnium saeculorum. regum. nationum. populorumque res  
 gestae continentur? Et quae historici graecorum prout  
 commodum cuique fuit iter se gregatim occupauerunt:  
 ommissis quae sine fructu erant: ea omnia Pompeius diui-  
 sa temporibus & serie rerum congesta composuit. Horum  
 igitur quattuor & xl. uoluminum (nam totidem edidit) p-  
 otium: quo in urbe uersabamur cognitiōe quaeq; digna  
 excerpserim. Sed ommissis his quae nec cognoscendi uoluptate  
 iucunda nec exemplo erant necessaria: breue ueluti cor-  
 pusculum florum feci: ut haberet & qui graeca didicisset:  
 quo admonerentur: & qui non didicissent: quo instrue-  
 rentur. Quod ad te non tam cognoscendi quam emendandi  
 causa transiit simul & otii mei: cuius & Cato reddenda  
 operam putat: apud te ratio constaret. Sufficit enim  
 mihi in hoc tempore iudicium tuum apud posteros: cum obre-  
 ctationis inuidia decesserit: industriae testimonium habituro.

IUSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI  
HISTORIAS LIBER PRIMVS INCIPIT

**P**RINCIPIO rerum, gentium, nationumq;  
imperium penes reges erat quos ad fastigi-  
um huius maiestatis non ambitio popularis  
sed spectata iter bonos moderatio prouebe-  
bat. populus nullis legibus tenebatur. Arbitria princi-  
pum pro legibus erant. Fines imperii tueri magisq; pro-  
ferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finieban-  
tur. Primus omnium Ninus rex Assiryorum ueterē &  
quasi auitum gentium morem noua imperii cupiditate  
mutauit. Hic primus intulit bella finitimis: & rudes ad  
huc ad resistendum populos terminos usq; libyæ pdo-  
muit. Fuere quidē temporibus antiquiores Vexores rex  
ægypti & scythie rex Tanais: quorum alter in pontum:  
alter usq; ægyptum excessit. sed longinqua non finitima  
bella gerebāt: nec imperium sibi sed populis suis gloriam  
quærebant: contentiq; uictoria imperio abstinebant. Ni-  
nus magnitudinem quæsitæ dominationis continua pos-  
sessione firmavit. Domitis igitur proximis cum accessi-  
one uirium fortior ad alios transiret: & proxima quæque  
uictoria instrumentū sequentis esset. totius orientis po-  
pulos subegit. Postremum illi bellum cū Zoroastre re-  
ge bactriarum fuit: qui primus dicitur artes magicas  
inuenisse: & mundi principia: syderumq; motus diligen-  
tissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit: relicto impu-  
bere adhuc filio Nino & uxore Semiramide. Hæc nec  
immaturo puero ausa tradere imperiū: nec ipsa imperi-  
um palam tractare tot ac tantis gentibus uix patienter  
uni uiro: nedum foemina parituris simulat se pro uxo-  
re Nini filium. pro foemina puerū. Nā & statura utriq;

*Aerom Christiana antea-  
dant Periodus subiana 4713.  
Olympiada 777. Bels o Sto-  
mulo condito 793. Alaudu  
pate condito pcedit sub-  
ana Periodus annos 710.*

*Regnare cepit ante Xpian.  
avam anno 1267. filius  
Bels, qui agud Arabas reg-  
nauit 55. annos iuxta Xpi-  
canum, et regnauit annos 52.  
Belsus sic uideret Nambrod  
in sacris literis. filius Susi,  
filii Sami, filii Noe.*

*Annus ante aua Xpi. 1213.*



mediocris: & uox pariter gracilis: & liniamentorū quali  
 tas matri ac filio similis. Igit̄ brachia ac crura uelamen  
 tis t̄iara caput tegit. & ne nouo habitu aliquid occultare  
 uideretur: eodem ornatu & populum uestiri iubet quez  
 morem uestis ex̄ide gens uniuersa tenet. Sic primis ini  
 tiis sexum mentita puer credita est. Magnas deinde ref  
 gessit: quarum amplitudine ubi inuidiam supatam pu  
 tat: quæ sit fatetur quæ ue simulasset. Nec hoc illi digni  
 tatem regni ademit: sed admiratonē auxit q̄ mulier nō  
 foemias modo uirtute: sed etiam uiros anteiret. Hæc ba  
 byloniam condidit: murumq; urbis cocto latere circun  
 dedit. Harena pice bitumine iterstrato: quæ materia in  
 illis locis passim ē tra exæstuat: Multa alia præclara hu  
 ius reginæ fuere. Siquidem non contenta acquisitos a  
 uiro regni terminos tueri: æthiopiã quoq; regno suo ad  
 iecit. Sed & indiæ bellū itulit: quo præter illam & alexā  
 drum magnum nemo intrauit. Ad postremū cum cōcu  
 bitum filii petisset: ab eodē interfecta est. ii. & .xl. annos  
 post Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus  
 elaborato a parentibus imperio belli studia deposuit: &  
 ueluti sexum cū matre mutasset: raro a uiris uisus ī fœ  
 minarū turbā consenuit. Posterio quoq; eius exempla se  
 cuti responsa gentibus per internuncios dabant. Imperi  
 um assyrii qui postea syrii dicti sunt annos. M. ccc. tenu  
 ere. Postreus apud eos regnauit Sardanapalus uir mu  
 liere corruptior. Ad hunc uidendum quod nemini ante  
 eum permissum fuerat præfactus ipsius medis præposi  
 tus nomine Arbaç: cū admitti magna abitione ægræ  
 obtinuisset: inuenit eum inter scortorū greges: purpurā  
 colorentē: & muliebri habitu: cum mollitia corporis & o  
 culorum lasciuia omnes fœminas anteiret: pensa inter  
 uirgines partientē. Quib; uisis idignatus tali fœminæ

Anno ante æram xpi 1173.  
 Ninus Rex seu Ninias  
 regnauit annis — 38.

tantū uiroꝝ subiectum: tractantiq; lanam ferrū & arma  
portātes parere: progressus ad socios suos: quid uiderit  
refert. Negat se ei parere posse qui se foeminā malit esse  
q̄ uirum. Fit igitur coniuratio. bellum Sardanapalo in  
fertur: quo ille audito non ut uir regnū defensurus: sed  
ut metu mortis mulieres solent: priō latebras circumspi  
cit. Mox deinde cū paucis & incōpositis in bellū progre  
ditur. Victus in regiā se recipit: & extracta pyra se & di  
uitias in incendiū mittit. Hoc solo imitatus uirū. Post  
hac statuit rex interfectoꝝ eius Arbactus: qui praefect⁹  
medorum fuerat. Is imperiū ab assyriis ad medos trans  
fert. Post multos deinde reges per ordinē suceſſionis re  
gnum ad aſtyagen deſcēdit. Hic per ſomnū uidit ex na  
turalibus filia: quā unicā habebat uitem enatam: cuius  
palmite omnis aſia obūbrabatur. Conſulti harioli ex ea  
dem filia nepotē ei futurū: cuius magnitudo prænuncia  
tur: regniq; ei amiſſionē portendī reſpōderunt. Hoc reſ  
ponſo perterritus neq; claro uiro neque ciui dedit filiaz  
ne paterna maternaq; nobilitas nepotis animum extolle  
ret: ſed de gente obſcura tunc temporis perſarū Camby  
ſi mediocri uiro in matrimoniū tradidit. Ac nec ſiquidē  
ſomni metu depoſito grauidā ad ſe filia accerſit ut ſub a  
ui potiffimū conſpectu foetus necaretur. Natus infans  
datur occidendus Harpago regis ōnium conſilioꝝ par  
ticipi. Is ueritus ſi ad filiam mortuo rege ueniſſet iperi  
um: eo quod nullum aſtyages uirilis ſexus gēuerat: ne  
illa necati infantis ultionem: quā a patre nō potuiſſet: a  
miſtro exigeret: paſtori regii pecoris puerū exponen  
dū tradidit. forte eodē tēpore & ipſi paſtoris filius natus  
erat. Eius igitur uxor audita regii infantis expoſitione  
ſummis precib⁹ rogat ſibi afferri oſtendiq; puerū cui⁹  
precibus fatigatus paſtor reuerſus in ſiluam inuenit iu

Anno ante anō Xpi. 747.

quo extinctus est regnum.

Assyriarum.



xta infantem canē foeminā paruulo hubera præbētem:  
 & a feris & aliis defendentem. Motus etiam ipse mi  
 sericordia: qua motam ipsam canem uiderat: puerum de  
 fert ad stabulū: eadē cane anxie prosequente: quem ut i  
 manū mulier accepit ueluti ad notā alluxit: tantusq; in  
 illo uigor & dulcis quidā blādientis ris<sup>9</sup> apparuit ut pa  
 storem uxor ultro rogaret: quo suū partū pro illo expo  
 neret permitteretq; sibi siue fortunæ ipsius siue spei suæ  
 puerum nutrire. Atq; ita permutata sorte paruuloꝝ hic  
 pro filio pastoris educatur: ille pro nepote regis exponi  
 tur. Nutrici sparcon postea nomen fuit: quia canem per  
 sã sic uocant. Puer deinde cum inter pastores esset Cyri  
 nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus cū  
 per lasciuiam contumaces flagellis cecidisset a parētib<sup>9</sup>  
 puerorum querela est regi delata: indignantibus a suo  
 regio ingenuos homines seruilibus uerberibus affectos  
 Ille accersito puero & interrogato cū nihil mutato uul  
 tu fecisse se ut regem respondisset: admiratus constanti  
 am i memoriā somni responsiq; reuocatur. Atq; ita cū  
 & uult<sup>9</sup> & similitudo & expositionis tēpus & pastoris cō  
 fessio conuenirent: nepotē agnouit. Et quoniā defunctus  
 sibi somnio uideret<sup>9</sup> agitato inter pastores regno animū  
 minacem duntaxat in illo fregit. Cæterū Harpago ami  
 co suo infestus in ultionē seruati nepotis filiū eius iter  
 fecit: epulādumq; patri tradidit. Sed Harpagus ad præ  
 sens tempus dissimulato dolore odiū regis in uidiētæ oc  
 casionē distulit. Interiecto demū tempore cū adoleuisset  
 Cyrus dolore orbitatis admonitus scribit ei: ut relegat<sup>9</sup>  
 in persas ab auo fuerit: ut occidi eū paruulū auus iusse  
 rit: ut beneficio suo seruatus sit: ut regem offenderit: ut  
 filium amiserit. Hortatur exercitū parat: & pronā ad re  
 gnum uiam ingrediatur: medoꝝ transitionē pollicitus

epistolaq; quia palam ferri nequibat regis custodib<sup>9</sup> om-  
nem aditus obsidentibus exenterato lepori inferitur; le-  
pusq; in persas Cyro ferendus fido seruo traditur. addi-  
ta sunt ratiā: ut sub specie uenationis dolus lateret. Le-  
ctis ille epistolis eandē uiam somnio aggredi iussus est  
Sed pramonit<sup>9</sup> ut quē primū postera die obuium habe-  
ret sociū cœptis assumeret. Igitur antelucano tempore  
ruri iter ingressus obuium habuit seruum de ergastulo  
cuiusdā medi nomine Sybarē. Huius reqsita origine  
ut in persis genitū audiuit demptis compedibus assum-  
ptoq; comite persepolim urbē egreditur. Ibi conuocato  
populo iubet omnes præsto cuz securibus esse: & siluam  
uiæ circūdatam excidere: quod cū strenue effecissent eos-  
dem postera die apparatus epulis inuitat: deinde cū ala-  
ciores ipso conuiuio facto uideret rogat: ut si condicio  
proponatur utri<sup>9</sup> uitæ sortem legant hesterni ne laboris  
an præsentium epularum: præsentium ut acclamauere  
omnes ait: hesterni similē labori omnem uitam acturos  
quod medis pareant se secutos hodiernis epulis. Latis  
omnibus medis bellus infert. Astyages meriti in Harpa-  
go oblitus sūmam belli eidem cōmittit: qui exercitus ac-  
ceptum statim cyro per deditiōem tradidit: regis crude-  
litatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astya-  
ges audiuit contractis ūdiq; auxiliis ipse in persas profi-  
ciscitur: & repetito alacrius certamine pugnantibus suis  
partem exercitus a tergo ponit & tergtuersantes ferro  
agi in hostes iubet: ac nunciat suis ni uicerint nō minus  
fortes etiam post terga inuenturos q̄ a fontibus uiros.  
proinde uideant fugientibus hæc an illi pugnantib<sup>9</sup> aci-  
es rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnādi ani-  
mus exercitui eius accessit. Pulsa itaq; cū persarū acies  
paulatim cederet matres & uxores eorū obuiā occurrūt



orant in proelium reuertant̃: cunctantib⁹ sublata ueste  
 ofcœsa corporis ostendūt: rogantes num in uteros ma  
 trum uel uxorū uelint refugere. Hac repressi castigatio  
 ne i proelium redeūt: & facta impressione quos fugiebāt  
 fugere compellūt. In eo prælio Astyages capitur: cui Cy  
 rus nihil aliud nisi regnū abstulit nepotemq; in illo ma  
 gis q̃ uictorem se gessit: eumq; maxime genti hyrcanorū  
 præposuit. Nam ipse reuerti in medos noluit. Hic finis  
 medorum imperii fuit. Regnauerūt annis. cccl. In initio  
 regni Cyrus Sybarem cœptorū quē iuxta nocturnum ui  
 sum egrastulo liberauerat: comitemq; in omnibus reb⁹  
 habuerat: persis præposuit: sororemq; suam ei in patri  
 moniū dedit. Sed ciuitates quæ medorū tributariæ fu  
 erant mutato imperio etiam conditionē suam mutatam  
 arbitantes a Cyro defecerūt: quæ res multorū bellorum  
 Cyro causa & origo fuit. Domitis demū plerisq; cum ad  
 uersus babilonios bellū gererent Babiloniis rex lydorū  
 Crœsus: cui⁹ opes diuitiæ insignes ea tempestate erant  
 in auxiliū uenit: uictusque iam de se sollicitus in regnū  
 refugit. Cyrus quoq; post uictoriam cōpositis in baby  
 loniam rebus bellū transfert in lydiam. Ibi fortūa prio  
 ris prælii percussam iam Crœsi exercitū nullo negotio fū  
 dit. Crœsus ipse capitur: sed quanto bellum minoris pe  
 riculi tanto & mitior uictoria fuit. Crœso & uita & patri  
 monii partes: & urbs berce concessa sunt: in qua & si nō  
 regiam uitam tamen & proximam maiestati regiæ dege  
 ret. Hæc clamētia non minus uictori q̃ uicto utilis fuit  
 Quippe ex uniuersa græcia cognito q̃ illatū Crœso bel  
 lum esset auxilia uelut: ad commune extinguendū incen  
 dium confluebant. Tantus Crœsi amor apud omnes ur  
 bes erat: ut passurus Cyrus graue bellū græciæ fuerit:  
 siqd in Crœsum crudeli⁹ consulisset. Interiecto deinde

*anno ante anā dxi. 559.*

tempore occupato in alijs bellis Cyro rebellauere lydii. quibus iteꝝ uictis arma & equi adempti: iussiq; casponi as & ludricras artes & lenocinia exercere. & sic gens in dustria quondam potens & manu strenua effoeminata mollicie luxuriaq; uirtutem pristinam pdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant in luxuriam lapsos ocium ac disidia superauit. Fuere lydij multi Croesum ante reges uarijs casibus memorabiles: nullus tam fortunæ Candauli comparand⁹: qui cum uxorem suam quam propter pulchritudinem nimium diligebat: omnib⁹ prædicaret: non contentus uoluptatum suarū tacita conscientia nisi etiam matrimonij reticēda publicaret prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset: ad postremū ut affirmationi suæ fidem faceret: eam Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo facto & amicū in adulterū uxoris illectum hostem sibi fecit: & uxorem ueluti tradito alij amore a se alienauit. Nam breui post tempore cædes Candauli nuptiarū præmiū fuit. Vxor mariti sanguine dotata regnū uiri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta asia & uniuerso oriente in potestatem redacto scythijs bellū intulit. Erat autem eo tempore scythiarū regina thomyris quæ non muliebriter aduentu hostiū territa cum prohibere eos posset: uadū araxis flūinis transire permisit: & sibi feliciorē pugnam inter regni sui terminos rata: & hostib⁹ obiectu fluminis fugam difficiliorē. Itaq; Cyrus transiectis copiis cū aliquantisp in scythiam processisset castrametatus est. Deinde postera die cū simulato metu & quasi refugiēs castra deseruisset: uinum affatim & ea quæ erant epulis necessaria reliquit. Quod cū nunciatū reginæ esset adolescentulū filium ad insequendū eum cum tertia parte copiarū mittit. Cum uentum ad Ciri castra esset ignarus rei militaris.



5-

adolefcens ueluti ad epulas non ad procliū ueniffet omiffis hoftibus ifuetos barbaros uino onerare fe patit̃. Priusq; ſcythæ ebrietate q̃ bello uincuntur. Nam cognitis his Cyrus reuerfus per noctem faucios opprimit: omnesq; ſcythias cū reginæ filio interficit. Amiffio tãto exercitu & quod grauius dolendū unico filio Thomirys orbitatis dolorem non in lachrymas effundit ſed in ultionis ſolatia intendit. Hoſtesq; recenti uictoria exultantes pari infidiarū fraude circundedit. Quippe ſimulata diffidentia propter vulnus exceptū refugiēs Cyrum aduſq; anguſtias perduxit. Ibi compoſitis in montibus infidiis ducenta milia perſarū cū ipſo rege trucidauit. In qua uictoria etiã illud memorabile fuit: quod neque nūcius tãtæ cladis quidem ſuperfuit. Caput Cyri amputatū in uetrem hūano ſanguine repletū conici regina iubet cum hac exprobratiōe crudelitatis. Sacia te ſanguine inquit quem ſitiſti: cuiusq; infaciabilis ſemper fuiſti. Cyrus regnauit annis. xxx. nō initio tantum regni: ſed continuo totius temporis ſucceſſu admirabiliter iſignis. Huic ſucceſſit fili⁹ Cambyſes: qui imperio patris ægyptū adiecit ſed offenſus ſuperſtitiōibus ægyptiorū Apis caterorūq; deorū ædes dirui iubet. Ad amonis quoq; nobiliſſimum templū expugnandū exercitū mittit: qui tempeſtatibus & harenarū molibus oppreſſus interiit. Poſt hæc per quem etiam uidit fratrem ſuum Mergidem regnaturū: quo ſomnio exeritus non dubitauit poſt ſacrilegia etiã parricidū facere. Erat enim difficile ut parceret ſuis: qui contemptu religionis graſſatus etiã contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele miniſteriū magnū quendam ex amicis delegit nomine Comarim. Interim ipſe gladio ſua ſponte euaginato in femore grauius vulneratus occubuit: pœnasq; luit ſeu impati parricidii ſeu ſacrilegii ppetrati

*Ante aua x. 229.*

Quo nūcio accepto magus ante famam amissi regis occupat facinus: prostratoq; Mergide cui regnum debebatur: fratrem suū subiecit Oropastem. Erat enim oris & corporis liniamentis persimilis: ac nemine subesse dolū arbitrāte pro Mergide rex Horopastes constituit. Quæ res eo occultior fuit: quod apud persas p̄sona regis sub speciem maiestatis occultitur. Igitur magi ad fauorē populi conciliandū tributa & militiæ uacationē in triēniū remittunt: ut regiū quod fraude quæsierant indulgentia & largitionib⁹ confirmarēt. quæ res suspecta primo Orthani uiro nobili & in cōiectura sagacissimo fuit. Itaq; p̄ internūcios quærit a filia quæ inter regias pellices erat an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsas ait nec ex alia posse cognoscere: q̄a singulæ seperatim recludantur. Tum pertrectare dormiēti caput iubet. Nam mago Cambyses aures utraq; præciderat. Factus deinde per filiam certior sine aurib⁹ esse regem optimatibus p̄farum rem indicat: & in eades falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem tātum conscii fuisse hui⁹ coniurationis: qui ex continenti ne dato in pœnitentiā spatio res per quemq̄ narraretur occultato sub ueste ferro ad regiam pergunt. Ibi obuuis interfectis ad magos perueniūt. Quibus ne ipsis q̄dem animus in auxiliū suū defuit. Si quidem stricto ferro duos de coniuratis interficiūt. Ipsi tamen corripiti a pluribus: quorum alterꝝ Gobryas amplexus magum cūctantibus sociis ne ipsum pro mago transfoderēt: quia res obscuro loco gerebatur: uel per suū corpus adigi mago ferrū iussit fortūa. Tamen ita regente illo incolumi mag⁹ interficit Occissis magis magna quidem gloria recuperati regni principiū fuit: sed multo maior in eo: quod cū de regno ambigerēt concordare potuerūt. Erāt enis & uirtute &



nobilitate ita pares: ut difficilem ex his populo electionē  
 æqualitas faceret. Ipsi igit̃ uiam inuenerūt qua de se iu  
 diciū religiōi & fortunæ cōmitterent. Pacti inter se sunt  
 die statuta omnes equos ante regiam primo mane pdu  
 cerent: & cui⁹ equus ante solis ortū hinnitiū prius edif  
 set: is rex esset. Nam & solem unus deum persæ esse cre  
 dūt: & equos eidem deo sacratos ferūt. Erat inter coniu  
 ratos Darius Hystaspis fili⁹: cui de regno sollicito equi  
 custos ait: si ea res uictoriam moraretur: nil negotii su  
 pesse. perinde nocte equam pridie ante constitutam diē  
 ad eūdem locum ducit: ibiq; equæ equū admittit: ratus  
 ex uoluptate ueneris futur⁹: quod euenit. Postera die cū  
 ad statutā horam omnes uenissent Dari⁹ equus cognito  
 loco ex desiderio foemiæ hinnitū statim ædidit: & segni  
 bus aliis felix auspiciū dominio primus emisit: Tāta mo  
 deratio cæteris fuit: ut audito auspicio confestim equis  
 desilierint: & Dariū regem salutarint: populus quoque  
 uniuersus secut⁹ iudiciū principū eūdem constituit  
 regē. Sic regnum psarum septem nobilissimorū uirtute  
 quæsitum tam leuī momento in unum collatū est. Incre  
 dibile prorsus pro tanta pietate gessisse eos: quod ut eri  
 perent a magis mori nō recusarent: q̄q̄ propter formas  
 uirtutemq; hoc imperio dignam & cognatio Dario iun  
 cta cū pristinis regib⁹ fuit. Principio igitur regni Cyri  
 regis filiam regalibus nuptiis regnū firmaturus in ma  
 trimoniū recepit: ut nō tam in extraneum translatus q̄  
 in familiam Cyri reuersum uideretur. Interiecto deide  
 tempore cū assyrii desciuissent & babyloñā occupassent  
 difficilisq; vrbjs expugnatio esset æstuante rege un⁹ de  
 itersectoribus magorū Sopyrus nomine domi se uerbe  
 ribus lacerari toto corpore iubet. Nasū & labia & aures  
 sibi præcidit: atq; ita regi inopināti se offert. Attōitum &

*Ann. av. xj. 521.*

quærentem Darium causas auctoremq; tā fœde lacera-  
ticiis tacitus quo pposito fecerit edocet. formatoq; in fu-  
turæ cōsilio transfugæ titulo babyloniam pficiscitur. Ibi  
ostēdit populo laniatus corpus. Quæritur crudelitatem  
regis a quo in regni portiōe non uirtute sed auspicio nō  
iudicio hominū sed hinnitu equi superat⁹ sit. Iubet illos  
ex amicis exemplū capere quid hostibus cauendum sit.  
Hortatur ne mœnibus magis q̄ armis confidant: patiā-  
turq; se cōmune bellū recentiore ira gerere. Nota nobi-  
litas uiri pariter & uirtus omnib⁹ erat: nec de fide time-  
bant: cuius ueluti pignora vulnera corporis & iniuriæ  
notas habebāt. Constituitur ergo dux omniū suffragio  
& accepta parua manu semel atq; iteꝝ cedentibus ex cō-  
sulto p̄sis secūda prælia fecit. Ad postremū uniuersum  
sibi creditum exercitum regi pdiit: urbemq; ipsam ī pos-  
testatem eius redegit. Post hæc Darius rex bellū scythi-  
infert: quod sequenti uolumine referetur.

#### IUSTINI HISTORICI LIBER SECVNDVS.

**I**N Relatione rerum a scythis gestarū: quæ satis  
amplæ magnificæq; fuerunt principiū ab origi-  
ne repetendum est. Non enim minus illustria  
initia q̄ imperium habuere: nec uiroꝝ imperio magis q̄  
fœminarū uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi parthos  
bactrianosq;: fœminæ autem eorū amazonū regna con-  
diderint: p̄sus ut res gestas uiroꝝ mulierumq; cōside-  
rātibus incertū sit: uter apud eos sexus illustrior fuerit.  
Scytharū gens antiq̄ssima semp̄ habita: q̄q̄ inter scythas  
& ægyptios diu cōtentio de generis uetustate fuerit. Aæ-  
gyptiis prædicātibus initio reꝝ cū aliae terræ nimio fer-  
uore solis arderent: aliae rigerent frigoris immanitate



7  
ita ut nō modo genere homines sed ne aduenas quidem  
recipere ac tueri possent: prius q̄ aduersus calorē uel fri-  
gus uel amēta corporis inuenirent: uel locorū uitia quæ  
fritis arte remediis mollirentur: Aegyptum ita tēperatas  
semp fuisse ut neq; hyberna frigora nec æstiuī solis ar-  
dores incolas eius permerent. Solum ita fœcundū ut a  
limentorum nulla terra feracior sit in usus hominū. Iu-  
re igit̄ ibi primum homines natos uideri debere: ubi edu-  
cari facillime possent. Contra scythæ cæli temperamentū  
nullum esse uetustatis argumentū putabāt. Quippe na-  
turam cum primū incrementa caloris & frigoris regio-  
nib⁹ distinxerit statim ad locorum patientiam animalia  
quoq; generasse: sed arborū atq; frugum pro regionum  
conditione apte genera uariata. Et quanto scythis sit cæ-  
lum asperius q̄ egyptiis: tanto & corpora & īgenia esse  
duriora. Cæterū si mundi quæ nunc partes sunt: aliquā  
do unitas fuit: siue illuuiēs aquarū principio rerū terras  
obrutas tenuit: siue ignis: qui & mundum genuit cūcta  
possedit: utriusque primordii scythas origine præstare.  
Nam si ignis prima possessio rerū fuit: qui paulatim ex-  
tinctus sedem terris dedit nullam prius q̄ septentrionalē  
partem hyemis frigore ab igne secretam: adeo ut nunc  
quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptum uero &  
totum orientem tardissime temperatū: quippe qui etias  
nūc torrenti calore solis exæstuet. Quod si omnes quon-  
dam terræ sūmersæ profundo fuerunt: profecto aeditif-  
simā quamq; partē decurrentibus aquis prius detectā:  
humillimo autem solo eandem aqua diuissime immora-  
tam. Et quanto prior quæq; pars terrarū siccata sit: tan-  
to prius animalia generare cœpisse. Porro scythiā adeo  
aeditiorem omnibus terris esse: ut cūcta flumina ibi na-  
ta in mare mæoticū: tū deinde in ponticū & in aegyptū

mare decurrant. Aegyptū autem quae tot regum tot saeculorum cura ipensaque munita sit: & aduersus uim decurrentium aquarum tantis instructa molibus tot fossis cœcia ut cum his arceant illis recipiantur aquae: nihilominus colim nisi excluso nilo non potuerit. nec possit uideri hominum uetustate ultimam: quae exaggerationibus regum siue nili trahentis limum terrarum recentissima uideatur. His igitur argumentis superatis aegyptiis antiquiores semper scythae uisi. Scythia in orientem porrecta includitur ab uno latere ponto: & ab altero montibus rhiphaeis. A tergo asia & phasi flumine multum in longitudinem & latitudinem patet. Homnibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercet: nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est. Armata & pecora semper pascentibus & per incultas solitudines errare solitis: uxores liberosque secum in plaustris uehunt. Quibus coriis Imbrium hyemisque causa tectis pro domibus utuntur. Iustitia gentis ingenii culta non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius quippe sine tecto munimentoque pecora & armata habentibus: quid saluum esset si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernatur ac reliqui mortales appetunt: lacte & melle uescuntur. Lactis usus ac uestium ignotus. & quamquam continuis frigidibus vrantur: pellibus tamen ferinis aut murinis uestiuntur. Haec continentia illis: morum quoque iustitiam dedit nihil alienum concupiscentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est: ubi & usus: Atque utinam reliquis mortalibus si mul moderatio & abstinentia alieni foret. Profecto non bello tantum per omnia saecula terris omnibus continua ret. neque plus hominum ferrum & arma quam naturalis fatuorum conditio raperet. Prorsus ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare: quod graeci longa sapientium doctrina praecipisque philosophorum consequi nequeunt: cultosque



mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis proficit vitioꝝ ignorantio q̄ in his cognitio virtutis. Imperiũ asiæ ter quæsiuere scythæ. ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mansere Dariũ regem persarũ tnrpi a scythia summouere fuga. Cyrũ cũ omni exercitu trucidarũt. Alexãdri magni ducem Cæpyronam pari ratiõẽ cũ copiis vniuersis deleuerũt. Romanorum audiuere nõ sensere arma. Mox parthicum & bactrianũ impium ipsi cõdiderũt: gens & laboribꝰ & bellis aspera. Vires corpoꝝ immensæ. nihil parauere: quod amittere timeãt. nihil uictores præter gloriã cõcupiscũt. Primus scythis bellum indixit vexores rex ægyptus missis prius legatis: qui hostibꝰ parendi legem dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduẽtu regis a finitimis certiores facti legatis respondent. Tam opulenti populi duces stolidè aduersus inopes occupasse bellũ: quod magis domi fuerit illi timendũ: quod belli certamen anceps: præmia victoriæ nulla. damna manifesta sint. Igitur nõ expectaturos scythas: vt ad se ueniat: cũ tanto sibi in hoste plura cõcupiscenda sint: vltroq; prodituros obuiam. Nec dicto res morata: quos cũ tãta celeritate venire rex didicisset: i fugã uertitur: & exercitu cum omni apparatu belli relicto in regnũ trepidus se recepit. Scythas ab ægypto paludes prohibuere. exinde reuersi asiam perdomitam uectigalem fecerunt: modico tributo magis in titulũ imperii q̄ i victoriæ præmiũ imposito quindecim annis pacatæ asiæ morati. Vxorũ flagitatiõẽ reuocãtur per legatos denunciãtiũ ni redeant. Sobolem se ex finitimis quæsituras: nec passuras ut i potestertatẽ scytharũ genꝰ per foeminas itercidat. His igitur asia per mille quingẽtos años uectigalis fuit: pendendi tributi finem Ninus rex assyriõꝝ imposuit. Sed apud scythas medio tempore

*Ante Xp. avam 508.*

quo regii iuuenes Plinos & Scholpythus per factionem  
optimū domo pulsi iigentem iuuetem secū traxere:&  
i cappadocia ora iuxta amnem thermodoonta cōsedere  
subiectosq; thermis cyratos campos occupauere. Ibi per  
multos annos spoliare finitimos cōsueti cōspiratione po  
puloꝝ per insidias trucidant. Horum vxores cum vide  
rent exilio suo additā orbitatem arma sūpsere: finesque  
suos sūmouentes primo mox inferētes bella defendunt  
Nubendi quoq; finitimis animum omisere seruitutem  
nō matrimoniū appellātes: singulare omnium sēculorū  
exemplū. Auxere rempublicam sine uiris: iam etiam cū  
cōtemptu uiroꝝ se tuētur. & ne feliciores alia aliis vide  
rētur: viros: qui domi remāserant: interficiūt. Vt ionem  
quoq; cæsoꝝ cōiugum excidio finitimoruz cōsequūtur.  
Tunc pace armis quæsitā ne gens iterieret concubitus  
finitimoꝝ ineūt. Si qui mares nascerent: interficiebātur  
Virgines i eūdem ipsum morem nō ocio neq; lanificio:  
sed armis: equis: uenatioibus exercebāt: iniustis ifantiū  
dexterioribus mammis: ne sagictaꝝ iactus impediretur  
vnde amazōes dictæ sūt. Duæ reginæ his fuere marthe  
sia & Lampedo: quæ i duas partes agmine diuiso iclyta  
iam opibꝝ vicibus gerebāt bella sollicitæ terminos alter  
nos defendētes: & ne successibꝝ deesset auctoritas gene  
ratas se marte prædicabant. Itaq; maiore parte europæ  
subacta asiæ quoque nonnullas ciuitates occupare. Ibi  
epheso multisq; aliis urbibus conditis partem exercitus  
cum igenti præda domū remittunt. Reliquæ quæ ad  
tuendum asiæ imperium remāserant cōcursu barbaroꝝ  
cū Marthesia regina interficiūtur. In cuius locum filia  
eius Orethia regno succedit. Cui præter singularē belli  
industriā eximia seruata i omne aeuū virginitatis admi  
ratio fuit. Huius virtute tantū additū gloriæ & famæ



9.

amazonibus est. vt Herculi rex cui. xii. stipédia debebat quasi impossibile imperauerit: vt arma reginæ amazonū sibi afferret. Igit̃ eo profectus longis nouem nauibus comitante principū graeciæ iuuentutē iopinantes aggreditur. Duæ ex quattuor tunc sorores amazonū regna tractabant: Antiopæ & Orethia: quæ Orethia foris bellū gerebat. Igit̃ cum Hercules ad littus amazonū applicuisset infrequens multitudo cū Antiopa regīa nihil hostile metuente erat. Quare effectū est vt pauca repentino tumultu excitatae arma sumerent: facilemque victoriam hostibus darēt. Multae ita caesae captæque: i his duae captae sunt Antiopæ sorores Menalippe ab Hercule: Hippolyte a Theseo. Sed Theseus obtentam i praemiū captiuam eandem in matrimoniū assumit: ex eā genuit Hippolytū. Hercules post victoriam Menalippen captiuā sorori reddidit: & pretiū arma reginæ accepit. Atque ita imperto functus ad regem reuertit̃. Sed Orthea vbi cōperit bellū sororibus illatum & raptorem esse atheniensiuū principes hortatur comites in vltionem: frustra que pontisimum & asiam domitā esse dicit: si græcorū non tā bellif̃ quā rapinis pateant. Auxiliū deinde a Sigillo rege scytharū petit. Genus se scytharū esse: cladem viroꝝ: necessitatem armorū, belli causas ostendit: assecutusque virtute ne segniores viris foeminas habere scythæ uideātur. Motus ille domestica gloria mittit cū ingenti equitatu filium Péaxagoram i auxiliū. Sed ante proelium dissensioē orta ab auxiliis desertæ bello ab athēiensibus vincūtur. Receptaculum tamen habuere castra socioꝝ: quorū auxiliis intactæ ab aliis gentibus in regnuz reuertunt̃. Post Orthiam penthesilea regno potita est: cuius troiano bello inter fortissimos viros cuz auxiliū aduersus græcos ferret magna virtutis documēta extitere. Interfecta demū

Penthesylæa exercituq; eius assumpto pauca quæ remā  
serant agræ se aduersus finitimos defendentes usq; ad  
tempora Alexātri magni durauerūt. Harum Minithia  
siue Calestris regina cōcubitu Alexandri per dies .xiii.  
ad sobolem ex eo generandam obtento reuersa in regnū  
breui post tēpore cum omni amazonū nomine itercidit  
Scythæ autem tertia expeditione asiā cū ānis .vii. a cō  
iugibus & liberis abfuissent seruili bello domi excipiun  
tur. Quippe cōiuges eorū longa expectatiōe viroꝝ fessæ  
nec iam teneri bello sed deletos ratae seruis ad custodias  
pecoris relictis nubunt: qui reuersos cum victoria domi  
nos velut aduēas armati finibus phibent. Quibus cuz  
varia victoria fuisset admonent Scytæ mutare gen<sup>9</sup> pu  
gnæ: memores nō cū hostibus sed cū seruis proeliādum  
nec armorū sed dominorū iure vincēdos: verbera in aciē  
nō tāla ferenda: omissoq; ferro virgas & flagella cætera  
que seruilis metus paranda instrumenta. Probato ōnes  
consilio istructi sicut præceptum erat: postq̄ ad hostes ac  
cessere inopinātibus verbera intentāt: adeoq; illos ptur  
bant: vt quos ferro nō poterāt metu verberū vincerent:  
fugamq; nō ut hostes uicti sed ut fugitiui serui capesse  
rent: quicūque capi potuerūt supplicia crucibus luerūt.  
Mulieres quoq; male sibi conscia partim ferro: partim  
suspendio uitā finierunt. Post hoc apud scythas pax fuit  
usq; tempora Lanthini regis. huic Darius rex persarū si  
cut supra dictum est cū filia eius nuptias non obtinuis  
set bellum intulit: & armatis septingentis milibus homi  
nū scythiam ingressus nō facientibus hostibus pugnae  
potestatem metuens ne interrupto ponte istri: creditus  
sibi intercluderet amissis nonaginta milibus hominum  
trepide refugit. quæ iactura abūdante multitudie inter  
damna numerata non est. Inde asiā & macedoniam



domuit. Ionas quoque nauali praelio superat. Demum cognito quod Athenienses Ionis auxilium contra se tulissent omnem impetum belli in eos conuertit. Nunc quoniam ad bella Atheniensium ventum est: quae non modo ultra spem gerendi verum etiam ultra gesti fide parata sunt: operamque Atheniensium effectu maiora quam voto fuerunt paucis verbis origo repetenda est: quia non ut ceterae gentes a sordidis initiis ad summa creuere. Soli enim praeter quam incrementum etiam origine gloriatur. Quippe non aduenae neque passim collecta populi colluuius originem urbi dedit: sed in eodem nati solo: quod incolunt: & quae illis sedes eadem origo est Primi lanifici & olei & vini usum docuere: arare quoque & serere frumenta glade uescetibus monstrauerunt: literae certe ac facundia & hic ciuilis ordo disciplinae ueluti templum athenas habent. Ante Deucalionis tempora reges habuere Cecropem: quem: ut omnis antiquitas fabulata est. biforem prodidere: quia prius marem formiae matrimonio iunxit. Huic successit Cranaus: cuius filia Athis regionis nomen dedit. Post hunc Amphionides regnauit: qui primus Mineruae urbem sacrauit: & nomen ciuitati Athenas dedit. Huius temporibus aquarum illuuius maiorem partem graeciae absumpsit. Superfuerunt quos refugia montium receperunt: aut ad regem thessaliae Deucalionem ratibus uecti sunt: a quo praeterea genus hominum conditum dicitur. per ordinem deinde successiois regnum ad Herethaem descendit: sub quo frumenti satio apud eleusina a Triptolemo reperta: in cuius muneris honorem noctes initiis sacratae. Tenuit & Aegaeus Thesei pater Athenis regnum: a quo per diuortium decedens Medea propter adultarium priuigni aetatem colchos cum Medo filio ex Aegaeo suscepto coucessit. Post Aegaeum Theseus ac deinde post Thesei filius demophon qui auxilium graecis aduersus troianos

*Ante aerae xpt. anno 1558.*

*Ante aerae xpt. anno 1529.*

tulit regnū possedit. Erant inter Athēienses & Doriēses  
simulatū veteres offensæ: quas vindicaturi bello Doriē  
ses de euetū belli oracula consuluerūt: respōsum superi  
ores fore: ni regem Atheniēsiū occidissent. Cum ventus  
esset in prælium militib⁹ ante omnia custodia regis præ  
cipitur. Atheniensib⁹ eo tempore rex Codrus erat: qui &  
responso dei & præceptis hostiū cognitis pmutato regis  
habitu pānosus sarmēta collo gerens casta hostiū īgredi  
tur. Ibi ī turba obsistentiū a milite: quem falce astu vul  
nerauerat: īterficiť. Cognito regis corpore Dorienses. si  
ne prælio descendūt. Atq; ita Athenienses virtute ducis  
pro salute patriæ morti se offerentis bello liberant. Post  
Codrū nemo Athenis regnavit: quod memoriæ nominis  
eius tributū est. Administratio reipublicæ annuis magi  
stratib⁹ permessa est. Sed ciuitati nullæ leges tunc erant  
quia libido regū pro legibus habebatur. Eligitur itaque  
Solon vir iustitia insignis: qui velut nouam ciuitates le  
gib⁹ cōderet. qui tanto temperamēto inter plebem sena  
tumq; egit: cū si quid pro altero ordine tulisset alteri di  
splicitur; videret: vt ab vtrisque parem gratiam traheret  
Huius viri īter multa egregia & istud memorabile fuit  
īter Atheniēses & Megarēses de pprietate salaminæ in  
sulæ prope vsq; ad interitū armis dimicatū fuerat. Post  
clades multas capitale esse apud Atheniēses cœpit: si quis  
legem de vēdicāda īsula tulisset. Sollicitus igit Solon ne  
aut tacēdo paꝝ reipublice cōsuleret aut censendo pericu  
lū sibi afferret: subitam dementiam simulat. cuius venia  
nō dicturus modo prohibita sed factur⁹ erat. Deformis  
habitu more væcordiū in publicū euolat: factq; cōcur  
su hominum quo magis consilium dissimularet insolitis  
sibi uersibus suadere populo cœpit: quod uetabtura: om  
niūque animos ita cœpit: ut exemplo bellum aduersus

Anno ante chrē 1071.

Anno ante chrē 596.



11

megarenſes decerneret : inſulaq; deuictis hoſtibꝰ Athēniensibus belli : & ueriti ne fruſtra arma mouiſſe uideretur : matronas athenienſius in eleuſinis ſacris noctu oppreſſuri naues cōſcendūt . qua re cognita dux athenienſium Piſiſtratus iuuetutem in iſidiis collocat : iuſſis matronis ſolito clamore ac ſtrepitu etiam in acceſſu hoſtiū ne itellectos ſe ſentiāt ſacra celebrare egreſſosq; nauibꝰ megarenſes inopinantes aggreſſus deleuit : ac protinus claſſe captiua itermixtis mulieribus vt ſpeciem captiuarꝰ matronarꝰ præberēt Megaram contēdit . Illi & cū nauis formam & petitam prædaz agnoſcerent obuui ad portū procedūt : quibus caſis Piſiſtratus & paululū a capiēda vrbe abfuit . Ita megarenſes ſuis dolis hoſti victoriā dedere . Sed piſiſtratus quaſi ſibi non patriæ uiciſſet tyrannidem per dolum occupat . Quippe uerberibus uolūtariſis domi affectus laceratoq; corpore in publicū progreditur : & aduocata concioē vulnera populo oſtendit : de crudelitate principū : a quibꝰ hoc ſe paſſum ſimulabat . querit : addūtur uocibus lachrymæ : & iuidioſa oratioē multitudo credula icenditur : amore plebis iuiſum ſe ſenatu iſiſtratus affirmat : obtinet : ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitū auxiliū : per quos occupatam Tyrannidæ per annos . xxxiiii regnauit . Poſt cuius mortem Diocles alter ex filiis per vim ſtuprata uirgine a fratre puellæ interficitur . Alter Hippiaſ nomine cū imperiū paternum teneret interfectorem fratris cōprehendi iubet : qui cum per tormenta conſcios cædis nominare cogeretur : omnes amicos tyranni nominauit : quibus interfectis quærenti tyrāno an adhuc reliqui cōſcii eſſent : nemo ait ſupereſt : quem amplius mori geſtiam q̄ ipſum tyrannū : qua uoce euſdem tyranni ſe victorem poſt uictam pudiciciæ ſororis oſtēdit

huius virtute cū admōita ciuitas libertatis esset :tādem  
Hippias regno pulsus in exiliū agitur:qui profectus i  
persas ducem se Dario inferenti atheniēsis bellū sicu  
ti supra significatū est aduersus patriam suam offert. I  
gitur athenienses audito Darii aduētū auxiliū a lacedæ  
moniis sociatū ciuitate petierūt:quos vbi uiderunt qua  
tridui teneri relligiōe:nō expectato auxilio instructis de  
cem milibus ciuius & platēsis auxiliariis mille aduer  
sus sexcenta milia hostiū in campos marathōios in præ  
liū egrediuntur. Milciades & dux belli erat & auctor nō  
expectādi auxilii:quē tanta fiducia ceperat.vt plus præ  
sidiū in celeritate q̄ in sociis duceret .Magna igitur cur  
rētibus in pugnam alacritas animorum fuit:adeo ut cū  
mille passus inter duas acies essēt:citato cursu āte iact<sup>9</sup>  
sagittæ ad hostem venirent.nec audaciæ eius euentus  
defuit.Pugnatū est enim tāta virtute vt hinc uiros inde  
pecudes putares.victi persæ i naues cōfugerūt:ex qbus  
multæ suppressæ:multæ captæ.In eo prælio tanta virtus  
singulorū fuit:ut cui<sup>9</sup> laus prima esset difficile iudiciū  
uideretur.inter cæteros tamen Themistoclis adolescētis  
gloria emicuit:in quo iam tūc indoles futuræ imperato  
riæ virtutis apparuit .Cynigeri quoq; militis athenien  
sis gloria magnis scriptorū laudibus celebrata est :qui  
prælii innūeras cædes cū fugiētes hostes ad naues egis  
set:onustam nauem dextra manu tenuit:nec prius dimi  
sit q̄ manus amitteret. Tum quoq; amputata dextra na  
uem sinistra comprehendit:quam & ipsam cū amisisset  
ad postremū morsu nauem detinuit. Tantam in eo virtu  
tem fuisse:vt nō tot cædibus fatigatus:nō ambabus ma  
nibus amissis victus ad postremū truncus & veluti rabi  
da fera dentib<sup>9</sup> dimicauerit:ducenta milia persæ eo præ  
lio sine nauigio amiserunt.Cecidit & Hippias tyrannus



Atheniensis auctor & cōcitor eius belli diis patriæ ul  
 toribus pœnas repetentib⁹ . Interea & Darius cū bellū  
 restauraret ī ipso apparatu decidit : relictis multis filiis  
 & in regno & ante regnū susceptis . Ex his arthemenes  
 maximus natu ætatis priuilegio regnus sibi uīdicabat :  
 quod ius & ordo nascentibus & natura ipsa gētibus de  
 dit . Porro Xerxes cōtrouersiam nō de ordie sed de nascē  
 di felicitate referebat . Nam quod Arthemenum primū  
 quidem Dario sed priuato puenisse : se regi primum na  
 tum : fratres itaq; suos q̄ ante gēiti essent priuato priua  
 tū patrimoniū quod eo tempore Darius habuisset nō re  
 gnū sibi vēdicare posse : se esse primū quem in regnum  
 rex pater sustulerit . Huc accedere quod Arthemenes n̄  
 patre tantū sed & matre priuatæ adhuc fortūæ auo quo  
 que materno priuato creatus sit : se vero & matre regina  
 natum : & patrem non nisi regem uidisse : auū quoq; ma  
 ternū Cyrum regem habuisse nō hæredem : sed condito  
 rem tanti regni . Itaq; & si æquo iure utrumq; fratrem  
 pater reliquisset : materna se tamen iure & auito vīcere .  
 Hoc certamē concordī animo ne patruū suū Anafranes  
 veluti ad domesticum iudicem deferūt : qui domi cogni  
 ta causa Xerxem præposuit : adeoq; fraterna cōtentio fu  
 it : vt nec victor insultauerit : nec victus idoluerit : ipsoq;  
 litis tempore iuicem munera miserit : & iucūda quoq; ī  
 ter se nō solum credula cōuiuia habuerit . Iudiciū quo  
 que ipsū sine arbitriis sic cōuiuio fuerit . Tāto moderati  
 us tū fratres inter se regna maxima diuidebant quanto  
 nūc exigua patrimonia partiuntur . Igit̄ Xerxes bellum  
 a patre acceptū aduersus grāciam per quīqueniū īstru  
 xit : Quod vbi primū didicit Demactus rex lacedæmoni  
 orū : qui apud Xerxem exulabat : amicior patriæ post  
 fugam quas regi post beneficia : ne īopinato bello oppri

*Anna ante dno xj. 445.*

merent: omnia in tabellis ligneis magistratibus prescriptis  
eisdemque cæra super inducta delet: ne autem scriptura sine te-  
gmine iudicium daret: aut recens cæra dolum prodere: Fi-  
do deinde seruo perferendas tradit: iussu magistratibus  
spartanorum tradere, quibus platis lacedæmona quaestio-  
res diu fuit: quod neque scriptum aliquid videret: nec frustra  
missas suspicarent: tantoque rem maiorem: quanto sit oc-  
cultior putabant. Hærentibus in coniectura viris soror re-  
gis leonidæ consilium scribens inuenit. Erasa igitur cæra belli  
consilia deteguntur: Iam Xerxes septingenta milia de regno ar-  
mauerat & cetera milia de auxiliis: ut non immerito perditum sit:  
fluvia ab exercitu eius potuisse: Navis quoque decies centum mi-  
lia numero habuisse dicitur. huic tanto agmini dux abfuit. Cæ-  
terum si regem spectes: diuitias non ducem laudes: quæ tanta co-  
pia in regno eius fuit: ut cum flumina multitudine consue-  
rentur: opes tamen regiae superessent. Ipse autem primus  
in fuga postremus in prælio semper visus est: in periculis  
timidus: sicubi metus abesset inflatus. Denique ante experi-  
mentum belli fiducia virium veluti naturam ipsius dominus  
& motes in planum deducebat & convexa vallium æquabat: &  
quædam maria pontibus sternebat: quædam ad navigatio-  
nis commodum per compendium ducebat: cuius introitus in græ-  
ciam quam terribilis: tam turpis ac foedus discessus fuit. Nam  
que cum Leonida rex spartanorum cum quattuor milibus mili-  
tum angustias thermopylarum occupasset: Xerxes contem-  
ptu paucitatis eos pugnam capescere iubet: quorum cognati  
Marathonia pugna interfecti fuerunt: qui dum ultisci su-  
os quarunt: principium cladis fuere: succedente deinde inuti-  
li turba maior cædes æditus: Triduo ibi cum dolore & indi-  
gnatione persarum dimicatum. quarto die cum nunciatus esset  
Leoniadæ a. xx. milibus hostium summus cacumen teneri  
tunc hortatur socios recedant: & se ad meliora patriæ tempora



referuent: sibi cū spartanis fortunam experiendam : plu-  
 ra patiræ q̄ vitæ debere: cæteros ad præsidia græciæ fuan-  
 dos. Audito regis iperio discessere cæteri : soli lacedæmo-  
 nu remanserūt. Initio huius belli sciscitantibus delphis  
 oracula responsum fuerat: aut regi spartanorū: aut vrbi  
 cadendū. Et idcirco cum rex leonides in bellū proficisce-  
 retur. ita suos firmauerat : vt regem se parato ad mori-  
 endū animo scirent. Angustias prætera occupauerat: vt  
 cū paucis aut maiore gloria uinceret: aut minore dāno  
 reipublice caderet. Dimissis igit̄ sociis hortat̄ spartanos  
 meminerit. qualitercumq; præliarent: cadendus esse: ca-  
 uerent: ne fortius mansisse q̄ dimicasse videant̄ : nec ex-  
 pectandū vt ab hoste circunuenirētur sed cū uox occasi-  
 onem daret securis & latis superueniendus: nusq̄ victo-  
 res honestius q̄ in castris hostius perituros : Nihil erat  
 difficile persuadere psuasus mori: statim arma capiūt : &  
 sexcenti viri casta quingētorū milium irrumpunt. Satis  
 que regis prætorū petūt: aut cum illo aut si ipsi oppressi  
 essent in ipsius potissimum sede morituri. Tumultus to-  
 tis castris oritur. Spartani postq̄ regem nō inueniūt : p̄  
 omnia casti victores vagantur: cædunt: sternūtq; omnia  
 vt qui sciant se pugnare : non spe victoriæ sed iu mortif-  
 ultione. Prælium a principio noctis in maiorem ptem  
 diei tractum. Ad postremum nō victi sed vincendo fati-  
 gati iter ingentes stratorū hostium cateruas occiderunt  
 Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio acceptis ex-  
 piri maris fortunam statuit. Sed Atheniensium dux The-  
 mistocles cum aduertisset Ionas: propter quos bellum p̄  
 sare rex susceperat: in auxilium regis classe venisse sollici-  
 tare eos in ptes suas statuit: Et cum colloquendi copiam  
 nō haberent: quo applicituri erant symbolos pponi &  
 saxif. p̄scribi curat. Quæ vos lones demētia tenet: quod

facinus agitatis !bellum inferre olim conditoribus ur̄is  
nup̄ etiam vindicibus cogitatis: An ideo mœnia vestra  
condidimus: vt essent : qui nostra delerent: quid̄ si non  
hæc & Dario prius & nunc Xerxi belli causa nobiscū fo  
ret !quod vos rebellâtes nō destituimus !quin vos ī hæc  
nostra castra ex ista obsedione trāsitis: Aut si hoc parus  
tutū extat uos cōmisso prælio ite cessum: inhibete remos  
& a bello discedite .Ante naualis prælii congressionem  
miserat Xerxes quattuor milia armatorū delphos ad tem  
plum apollinis diripiendus: prorsus quasi nō cū græcis  
tantū sed cū diis immortalibus bellus gereret: quæ ma  
nus tota imbrib⁹ & fluminibus deleta est: vt intelligeret  
quāto grauior offensa deorū esset :tāto nullas esse homi  
nū aduersus deos vires .Post hæc Thespidas & plateas  
& athenas vacuas homibus icendit: & quoniam ferro nō  
poterat ī homines :ī ædificia igne crassatur .Nāq; athēi  
enses post pugnam marthoniam præmonēte Themistocle  
victoriam illam de persis non finem sed causam maioris  
belli fore. cc. naues fabricauerūt. Aduētante igit̄ Xerxe  
cōsulentibus delphis oraculū respōsum fuerat: salutem  
muris ligneis tuerent̄ .Themistocles nauium præsidiū  
demōstratus ratus persuadet omnibus patriam munici  
pes esse nō mœnia: ciuitatemq; nō ī ædificiis sed in ciui  
bus positam. Melius itaq; salutem nauibus q̄ vrbi com  
missuros: hui⁹ sentētix etiam deum auctorem esse. Pro  
bato cōsilio cōiuges liberosq; cū præciosissimis reb⁹ ab  
ditis isulis relicta urbe demādāt :Ipsi naues armati con  
scēdūt: exemplum atheniēsium & aliæ urbes imitata: Ita  
que cū adūata omnis socioꝝ classis & intenta ī bellū na  
uale esset :āgustiasq; salaminii freti ne circūuēiri a mul  
titudine possent occupassent: dissensio iter ciuitatum pr̄i  
cipes oritur: qui eum deserto bello ad sua tuenda dilabi



uellent:timens Themistocles ne discessu socioꝝ uires mi  
nuerent:per seruū fidum Xerxi nūciat vno ī loco eū cō  
tractam grāciā posse capere facillime:qꝫ si ciuitates quā  
iam abire uellent dissipentur maiore labore ei singulas  
confectandas .Hoc dolo impellit regem signum pugnae  
dare.Grāci quoqꝫ aduentu hostiū occupati praeliū colla  
tis utribus capeffunt .Intēa Rex velut spectator pugnae  
cum parte nauīū in littore remāet .Artemysia autem re  
gina alicarnassis quā ī auxilium Xerxi uenerat iter pri  
mores duces bellū acerrime ciebat:quippe ut ī uiro mu  
liebrem timorem ita ī muliere virilē audaciam cerneret  
Dum anceps praelius esset Iones iuxta praeceptū Them  
istoclis pugnae se paulatim subtrahēte coeperunt:quorū  
defectio animos ceteris fregit .Itaqꝫ circūspicientes fu  
gam pellūtur p̄sā:& mox praelio uicti ī fugam uertunt  
In qua trepidatione multā summersā naues : multā ca  
ptā sunt: plures tamen nō minus s̄uitiā regis q̄ hostes  
timētes domū dilabūtur.Hac clade perculsum & dubiū  
cōsiliū Xerxem Mardonius aggreditur .Hortat̄:vt ī re  
gnū abeat:nequid seditionis moueat fama aduersi belli  
& ī manus sicuti mos est omnia extollēs sibi,ccc.milia ar  
matorū lecta ex omnibus copiis relinquat qua manu aut  
cū gloria eius p̄domitorū se grāciam:aut si aliter euētus  
ferat sine eiusdem ifamia hostibꝫ cessurū .Probato cōsi  
lio Mardoio exercitꝫ traditur:reliquas copias rex ipse re  
ducere ī regnū parat.Sed grāci audita regis fuga cōsili  
um īeunt pōtis interrūpendi :quem ille abydo velut vi  
ctor maris fecerat :vt itercluso aditu aut cū exercitu de  
leretur:aut desperatione rerū pacem victus petere coge  
ret̄ .Sed Themistocles timens ne interclusi hostes in de  
sperationem virtutem uerterēt & alter quod aliter non  
pateret ferro patefacerent:satis multos hostes in grācia

Anno ante aui xj. 760.

remanere dicitans nec augeri numerū retinēdo oportere cum uincere consilio ceteros nō pesset eūdem seruū ad Xerxem mittit: certio remq; consilii facit. & occupare trāsitum matura fuga iubet. Ille p̄cussus nuncio tradit ducibus milites pducendos: ipse cum paucis Abydon cōrēdit. Vbi cū solutū pontem hybernis tēpestatibus offēdisset piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna: & æstimationes rerum humanæ fortis varietate mirāda. In exiguo latentē videre nauigio: quē paulo ante vix æquor omne capiebat: carentes etiā omni seruorū ministerio: cuius exercit⁹ propter multitudinē terræ graues erant. Nec pedestribus copiis quas ducibus assignauerat felicius iter fuit. Siquidem quottidiāo labori (neq; enim vlla est metuētib⁹ q̄es) etiā fames accesserat. Multorū deīde dierum iopia cōtraxerat & pestem: tātaq; fœditas morientū fuit: vt viæ cadauerib⁹ impleretur: alitesq; & bestix escæ illecebris sollicitatæ exercitus sequerent̄. Interim Mardonius olinthum in græcia expugnat. Athenienses quoq; in spem pacis amicitiaq; regis sollicitat: spondens incensæ ei⁹ vrbis etiā in maius restitutionē. Postq̄ nullo pretio libertatē vidit his vanales incēsis quæ ædificare cœperat: copias in boetiā transfert eo & græcorū exercit⁹ qui centum miliū fuit secutus est. Ibiq; præliū cōmissum: sed fortūa regis cū duce mutata non est. Nam victus Mardonius veluti ex naufragio cū paucis profugit: castra referta regalis opulentia capta. Vnde primū græcos diuiso iter se auro persico diuitiarū luxuria cepit. Eodem forte die quo Mardonii copix delatæ sūt etiā nauali prælio ī asia sub mōte mycale aduersus persas dimicatū est. Ibi ante cōgressionem cū classis ex aduerso starent fama ad vtrunq; exercitū venit vicisse se græcos: & Mardonii copias occisione occidisse. tātas



famae uelocitatem fuisse: ut cum matutino tempore praelium in boetiam commissum sit meridianis horis in asiam per tot maria & tantum spatii tam breui horarum momento de victoria nunciatum sit. Confecto bello cum de praemiis ciuitatum ageretur: omnium iudicio atheniensium uirtus caeteris praelata. Inter duces quoque themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus gloria patriae suae auxit. Igitur Athenienses aucti & praemiis belli & gloria urbem ex integro cedere moliantur. Cum moenia maiora complexi fuissent: suspecti esse lacedaemoniis coepere: recte reputantur ruinae urbis tantum incrementi dedisse: quantum sit data munita ciuitas. Mittunt ergo legatos: qui monerent ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli causam extuant. themistocles ut uidit spei urbis iuideri non existimas abrupte agendum respondit legatis: ituros lacedaemona qui de ea re pariter cum illis consulant. Sic dimissis spartanis hortatur suos ut opus maturent. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur: & nunc in itinere infirmitate simulata: nunc tarditatem collegarum accusans sine quibus agere iure nihil possit diem de die proferendo spatium consumando operi quaerebat: cum iterum nunciatur spartanis opus atheniensium maturari: propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit Atheniensium legatos uiciant: pignusque teneat: ne in se grauius consulatur. adit deinde concionem lacedaemoniorum: indicat permunitas athenas esse: & posse illatum bellum non armis tantum sed etiam muris sustinere. Siquid ob eam rem de se crudeliter statuerent legatos eorum athenis in hoc pignus retentos. grauius deinde castigat eos: quod non uirtute sed in becillitate sociorum potentiam quaererent. Sic dimissis ueluti triumphatis spartanis a ciuibus excipitur. Post haec spartani ne vires ocio corruperent

& ut bis illatum a persis græciæ bellum vlciscerentur: vltro fines eorū depopulantur .ducem suū sociorumq; exercitui deligunt Pausaniam: qui pro ducatu regnū græciæ affectās pditionis præmium cū Xerxe nuptias filia eius paciscit redditis captiuis: vt fides regis aliquo beneficio obstrigeret .Scribit præterea Xerxi quoscunq; ad se nūcios misisset iterficeret: ne res loquacitate hominū proderet .Sed dux Atheniēsium .Aristides belli socius electus collegæ conatib; obuiā eundo simul & i rem sapienter cōsulendo pditionis consilia discussit .Nec multo post accusat Pausanias damnat .Igit Xerxes cū prodicionis dolum publicatū videret exitegro bellus istituit .Græci quoq; ducem instituunt Cimonem Atheniensem filium Milciadis: quo duce apud Marthōem pugnatus est: iuuenem cui; magnitudinē futuram pietatis documta prodiderūt .Quippe patrem ob crimen peculat; in carcerem cōiectum ibique defūctum trāsflatis in se vinculis ad sepulturam redemit .Nec in bello iudiciū diligētium fefellit .Siquidem nō inferior virtutibus patris Xerxes terrestri naualq; bello superatum trepidum se recipere in regnum coegit:

### IUSTINI HISTORICI LIBER TERTIVS.

**X**ERXES Rex persarū terror antea gentium bello in græcia ifeliciter gesto etiam suis contemptui esse cœpit .Quippe Artabanus præfect; eius deficiēte quotidie regis maiestate i spem regni aductus cū .vii .robustissimis filiis regiam vesperi ingredit .Nam amicitia iure semper illi patebat Trucidato q; rege voto suo obsistentes filios ei; dolo agredit .Securior de Artaxerxe puero admodum fingit



regem a Dario qui erat adolescēs quo maturius regno  
 potiret̄ occisum .impellit Artaxerxem parricidiū parrici  
 dio vindicare. Cum uentum esset ad domum Darii dor  
 miens iuentus quasi somnū fingeret iterficitur: Deide  
 cū vnum ex regis filiis sceleri superesse Artabanus vide  
 ret metueretq; de regno certamina principū assumit ī  
 societate consilii Baccabassum qui præsenti statu contēt<sup>9</sup>  
 rem prodit Artaxerxi: vt pater eius occisus sit: ut frater  
 falsa parricidii suspicione oppressus :vt deniq; ipsi para  
 rētur insidiar. His cognitis Artaxerxes verens Artabani  
 numez; filioꝝ: in posterus dicit paratum esse exercitum  
 armatumq; iubet: recogniturus & numez; militum :& ī  
 armis industriam singuloꝝ. Itaq; cū iter ceteros & ipse  
 Artabanus armatus assisteret rex simulat se breuiorem  
 loricā habere: Iubet Artabanū secū cōmutare: exuentem  
 se ac nudatū gladio traiecit Tum & filios eius corripi iu  
 bet. atq; ita egregius adolescens & cadē patris & necem  
 fratris & se ab insidiis Artabani vidicauit. Dū hęc in p  
 sis gerunt̄ interea grācia omnis ducibus lacedæmoniis  
 & Atheniēsis in duas diuisa partes ab externis bellis  
 velut ī viscera sua arma conuertit. Fiunt igit̄ de vno po  
 pulo duo corpora: & eorūdem castroꝝ homines in duos  
 hostiles exercitus diuidūtur. Hic lacedæmonii coīa quō  
 dam ciuitatū auxilia ad vires suas trahebāt. Inde Athēi  
 enses & vetustate gentis & gestis rebus ī lustres ppriis  
 viribus cōfidebāt. Atq; ita duo potētissimi grācia popu  
 li īstitutis Solonis & Lycurgi legibus pares ex æmulai  
 tione viriū in bellū ruebant. Nāq; Lycurgus euz fratr  
 suo Polybitæ spartanorū regi successisset regnumq; sibi  
 vindicare potuisset. Carillao filio eius qui natus posthu  
 mus fuerat: cū ad ætatem adultam venisset regnum sū  
 ma fide restituit: vt intelligerēt omnes quāto plus apud

bonos pietatis iura quae omnes opes valerent. Medio igitur tempore dum infans conualefcit tutelamque eius administrat: non habentibus spartanis leges instituit. non inuentione earum magis exemplo clarior. Si quidem nihil lege ulla in alio sanxit: cuius non ipse primus in se documenta daret. populum in obsequia principum: principes ad iustitiam imperiorum firmavit. Parsimonia omnibus suavit: existimans laborem militiae assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non pecunia sed compensatione mercium iussit. Auri Argenti que usum velut omnium scelestae materiae sustulit. Administrationem reipublice per ordines diuisit. Regibus potestatem bellorum magistratibus iudicia & annuas successiones. senatui custodiam legum: populo: sublegendi senatum vel creandi quos vellet magistratibus: potestatem permisit. fundos omnium aequaliter inter omnes diuisit: ut aequata patrimonia neminem potentiorum alteri redderet coniuari omnes publice iussit: ne cuius diuitiae vel luxuria in oculo essent. Iuuenibus non amplius una veste uti toto anno permittit: nec quem cultius quam alterum progredi: nec epulari opulentiis ne imitatio in luxuriam uerteretur. Pueros puberes non in forum sed in agrum deduci praecipit: ut primos annos non in luxuria sed in opere & in laboribus agerent: Nihil eos somni causa substernere: & uitam sic pulmo degere: neque prius in urbem redire quam uiri facti essent. statuit uirgines sine dote nubere: iussit ut uxores eligerentur non pecunia: seueriusque matrimonia sua uiri coacerent cum nullis dotis frangis tenerentur. Maximam honorem non diuitum & potentium sed pro gradu aetatis senum esse uoluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senum habet. Haec quoniam primo solitis antea moribus dura uidebantur esse auctorem eorum Apollinem delphicum figit: & inde se ea ex praecipito numinis detulisse: ut consuescendi tardum metus religionis



17

euocat. Deinde ut æternitatem legibus suis daret iureiurādo obligat ciuitatem nihil eos de eius legibus mutatu-ros priusquam reuerteret. & simulat se ad oraculum delphicum proficisci consulturū quid addendum mutandumque legibus videre- tur. proficiscitur autem cretam. ibique perpetuum exilium egit: abiici- que in mare ossa sua moriens iussit: ne relictis lacedæmonaso- lutos se spartani religionē iurisiurandi & dissoluēdis legibus arbitrarent. His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit ut cum messeniis propter stupratas virgines suas in solem- ni meseniore sacrificio bellum intulissent grauissima ex- cratione obstrixerint: non priusquam Messeniam expugnasset reuersuros: tantum sibi vel de viribus suis uel de fortuna spo- detes. quæ res initium dissensionis græciæ & itestini belli causa & origo fuit. Itaque cum contra præsumptionem suam- anis decem in obsidione urbis tenerentur: & querelis uxorū post tam longam uiduitatem reuocarent: ueriti ne hac perseuerantia belli grauius sibi quam messeniis nocerent: quip- pe illis quantum iuuentutis bello intercidat mulierū foecundi- tate suppleri sibi: & belli damna assidua & foecunditatem uxorū absentibus uiris nullam esse. Itaque legunt iuuenes ex eo genere militum: qui post iusiurandum in supplemētum uene- rant. quibus spartam remissis permiscuos omnium foeminarū concubitus permisere: maturiorem futuram conceptiones rati: si eam singulæ per plures uiros experirent. Ex his nati ob notam materni pudoris parthēi sunt euocati: qui cum ad annos. xxx. peruenissent metu inopia: (nulli enim pater existerat cuius in patrimoniū successio speraret) (du- cē Phalantum assumunt filium Araci: qui auctor spartanis fu- erat iuuentutis ad generandam sobolem domum remittendæ. Ut sicuti dudum patrem eius nascēdi habuissent auctore sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberent. Itaque nec saluta- ris matribus quarum adulterio infamiam collegisse uidebantur

ad sedes requirēdas p̄ficiscuntur: diuq; & per uarios ca-  
sus iactati tandem ī italiā deferunt: & oppugnata arce  
tarentinorū: expugnatis veteribus icolis sedem sibi cōsti-  
tuūt. Sed post ānos plurimos dux eorū Phalātus per se-  
ditionem in exiliū perturbatus Brūdusiū se cōtulit: quo  
expulsi sedib⁹ sui veteres tarētini cōcesserant. Is moriēf  
persuadet vt ossa sua postremasq; reliqas cōterant: & ta-  
cite spargi ī foro tarentiorū curēt. Hoc enim modo recu-  
perare illos patriā suam posse Apollinem delphis cecinif-  
se. Illi arbitrātes eū ī vltionem sui facta ciuium pdidisse  
p̄ceptis paruere: sed oraculi diuersa sentētia fuerat. p̄-  
petuitatē enim vrbis nō amissionem hoc facto promif-  
erat. Ita ducis exulis cōsilio & hostiū ministerio possessio  
tarentina partheniis ī æternū fundata. ob cui⁹ beneficii  
memoriam Phalanto diuini honores decreuere. Interea  
Messenii cū virtute n̄ possent per insidias expugāntur  
Deide cū per ānos .lxxx. grauia seruitutis verbera plez  
que vīcula cæteraq; captæ ciuitatis mala perpeffi essent  
post lōgam pœnarū penitētiā bellū restaurāt. Lacedæ-  
monii quoq; eo cōspiratius ad arma concurunt: quo ad-  
uersus seruos dimicatī videbātur. Itaq; cū hinc iuria  
īde īdignitas animos acueret lacedæmōii de belli euētū  
oraculo delphis consulto iuvenē ducem belli ab atheniē-  
sibus petere. Porro athēienses cū responsū cognouiffēt  
īcōtemptū spartanorū Cyrtæū pœtam claudū pede mise-  
re: qui tribus p̄æliis fus⁹ eo vsq; desperationis spartāos  
adduxit: vt ad supplementū exercit⁹ seruos suos manu-  
mitterēt. Hisq; īterfectozū matrimonia pollicerent: vt n̄  
numero tantū amifforū ciuiū sed & dignitati succederent  
Sed Reges lacedæmoniorū ne cōtra fortūam pugnando  
moiora detrimenta ciuitati infunderent reducere exerci-  
tum noluerūt: ne īteruenisset Cyrthaus: qui composita



carmina exercitui pro concione recitauit. In quibus hor-  
 tamenta virtutis: damnorum solatia: belli consilia conscripse-  
 rat. Itaque tantum ardorem militibus iniecit: ut non de salute  
 sed de sepultura solliciti tesseras insculptis suis & patrum  
 nominibus dextro brachio delegaret. Ut si omnes aduer-  
 sum praelium consumpsisset: & temporis spatio confusa cor-  
 porum liniameta essent ex inditio titulorum tradi sepulturae pos-  
 sent. Cum sic aiatum regis exercitum videret: curat rem ho-  
 stibus nunciare. Messeniis autem non timorem res sed amu-  
 lationem mutuam dedit. Itaque tantis animis concursum est:  
 ut raro unquam cruentius praelium fuerit. Ad postremum tamen  
 victoria lacedaemoniorum fuit. Interiecto tempore tertium  
 quoque bellum messenii reparauere. In cuius auxilium lacedae-  
 monii iter reliquos socios etiam athenienses adhibuere.  
 quorum fidem cum suspectam haberet superuacuos eos si-  
 mulantes a bello eodem dimiserunt. Hanc rem athenienses  
 grauiter ferentes pecuniam quae erat in stipendium perfici  
 belli ab uniuersa graecia collata a delo athenas transferunt  
 ne deficientibus a fide societatis lacedaemoniis praedae ac  
 rapinae essent. Sed nec lacedaemonii quere: qui cum Mes-  
 seniorum bello occupati essent Peloponneses immiserunt: qui  
 bellum atheniensibus facerent. Paruae tunc temporis classe in  
 aegyptum missa vires atheniensibus erant. Itaque nauali  
 praelii dimicantes facile superantur. Interiecto deinde tempo-  
 re post reditum sociorum aucti & classis militum robore prae-  
 lium reparant. Iam & lacedaemonii omissis messeniis aduer-  
 sus athenienses arma verterunt. diu uaria victoria fuit. Ad  
 postremum aequo Marte utrinque discessum. Inde reuocati  
 lacedaemonii ad messeniorum bellum ne medium tempus oci-  
 osum atheniensibus relinquerent cum thebanis paciscuntur  
 ut boetiorum imperium his restituerent: quod temporibus per-  
 sici belli amiserant: ut illi atheniensium bella susciperent.

Tantus furor spartanorū erat: ut duob⁹ bellis impliciti  
suscipere tertium nō recusarent: dūmodo inimicis suis ho-  
stes acquirerent. Igitur atheniēses aduersus tātā tempe-  
statem belli duos duces deligūt. Periclem spectatæ virtu-  
tis virum & Sophoclē scriptorē tragœdiarū: qui diuerso  
exercitu & spartāorū agros vastauerūt: & multas achaia  
ciuitates atheniensium imperio adiecerunt. His malis  
fracti lacedæmonii ī ānos. xxx. pepigerūt pacem: sed tā  
longū otium inimicitiaē nō tulerūt: Itaq; iter quindecim  
ānos rupto foedere cum cōtemptu deorū hominumq; fi-  
nes atticos populātur. Et ne prædam potius quā pugnas  
expetisse viderentur hostes ad præliū vocāt. Sed Atheni-  
enses consilio Periclis ducis populatiōis iniuriā differūt  
ī tempus vltiōis superuacua pugnā existimātes cum vici-  
sci hostem sine piculo possent. Deide iteriectis dieb⁹ na-  
ues cōscendūt: & nihil sentiētibus lacedæmōiis totā spar-  
tas deprādatur: multoq; plura auferūt q̄ amiserāt. Pro-  
sus ī comparatiōe damnorū lōge plus fuerit vltio q̄ ira.  
Clara quidē hæc Periclis expeditio habita: sed multo cla-  
rior priuati matrimōi cōtemptus fuit. Huic agros in po-  
pulatione ceterorū itactos hostes relinquerāt sperātes ac-  
quirere se illi posse aut piculū ex iuidia aut ex suspiciōe  
proditiōis infamiam. quod āte p̄spiciens pericles & fu-  
turū populo prædixerat: & ad inuidiaē impetū declinādū  
agros ipsos dono reipublicæ dederat. Atq; ita unde peri-  
culum quaesitum fuerat ibi maximam gloriam inuenit.  
Post hæc iteriectis diebus nauali prælio dimicatum est  
Victi lacedæmōii fugerūt. Nec cessatū deinceps est qui  
aut terra aut mari uaria præliorū fortuna inuicem se tru-  
cidarēt. Deniq; fessi tot malis pacem in annos quinq̄  
ginta fecere: quam nō nisi sex annis seruauerūt. Nam ī  
ducias quas proprio nomine condixerant ex sociorum



persona rumpebant. Quippe quasi minus piurni contra  
berēt si ferētes focis auxilia: potius q̄ si aperto prælio di  
micassent. Hinc bellū ī siciliam trāslatū: quod pri<sup>9</sup> q̄ ex  
ponam: de Sicilia situ pauca dicenda sunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER. IIII.

**S**iciliam ferūt āgustis quondā faucib<sup>9</sup> italiae  
adhæsisse. direptāq; velut a corpore maiore  
impetu superioris maris. quod toto undaruz  
onere illuc vehit̄. Est autem ipsa terra tenu  
is ac fragilis: & cauernis q̄busdam fistulisq; ita penetra  
bilis: vt ventorū tota ferme flatibus pateat: nec nō & i  
gnibus generandis nutriendisq; soli ipsius naturali vi  
Quippe ītrinfecus stratus sulphure & bitumine tradit̄  
quæ res facit vt spiritu cuz igne inter īteriora luctanæ  
frequēter & complurib<sup>9</sup> locis nūc flammās nūc vaporē  
nūc fumū eructet: īde deniq; ætnæ mōtis per tot sæcula  
durat icendius: & vbi acrior p̄ spiramēta cauernaꝝ ven  
tus icubuit: harenaꝝ moles egerūtur: proximū italiae p̄  
montoriū Rhegū dicit̄. Ideo q̄a græce abruta hoc nomi  
ne p̄nunciat̄: nec mirū si fabulosa est loci hui<sup>9</sup> antiq̄tas  
ī quem res tot coiere miræ. Primū q̄ nūc q̄ alias torrens  
fretū nec solū citato impetu: verum etiā sæuo: neq; expe  
rientib<sup>9</sup> modo terribile: verū etiam procul visentib<sup>9</sup> un  
daꝝ porro in se concurentiū tanta pugna est: vt alias ue  
luti terga dantes vorticibus in imū desidere: alias quasi  
uictrices in sublime ferri videas: nūc hic fremitū feruen  
tis æstus: nūc illic gemitū in voragine desidētis exaudi  
as: accedūt vicini & p̄petui ætnæ montis ignes & insu  
laꝝ aeolidū uelut ipsi vndis alitur incendiū. Neq; eim  
in tam angustis termis aliter durare tot sæculis tantus

ignis potuisset: nisi & humoris nutrimentis aleret. Hic igitur fabulæ scyllam & charybdim peperere: hinc latratus auditos: hinc monstri credita simulacra: dū nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant vndas: quas sorbentis æstus uorago collidit. Eadem causa etiam aetnæ motis perpetuos ignes facit. Nam aquarū ille cōkursus: raptū secum spiritū in imum fūdus trahit: atq; ibi suffocatū tā diu tenet: donec per spiramēta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa Italia Siciliæ vicinitas. Iam promontorioꝝ altitudo ipsa ita similis est: vt quātus nunc admirationis tantū antiquis terroris dederit credētibus coeuntibus in se promontoris ac rursus discedētibus solida intercipi absūmiq; nauigia. Neque hoc ab antiq; in dulcedinem fabulæ compositus: sed metu & admiratione transeūtium. Ea est enim peculiaris inspicitibus natura loci: vt sinum maris nō transitū putes: quo cū accesseris discedere ac seiūgi promontoria: quæ antea iuncta fuerant: arbitrere. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit. Præterea Sicania denomiata est. hæc a principio prima Cyclopū fuit. Quibus extinctis Aeolus regnū insulæ occupauit. post quem singulæ ciuitates in tyrānorū imperiū cōcesserunt: quorū nulla terra feracior fuit. Horū ex numero Anaxilaꝝ iustitia cū cæterorū crudelitate certabat: cui moderatio haud mediocrē fructū tulit. Quippe descendēs cū filios paruulos reliqisset: tutelāq; eorū metallo spectatæ fidei seruo cōmisisset: tantus amor memoriæ eiꝝ apud omnes fuit: vt parere seruo q̄ deserere regis filios mallent. Principesq; ciuitatis obliti dignitatis suæ regni maiestatem administrari p̄ seruū paterētur. Imperium Siciliae etiā Carthaginenses temptauerunt: diuq; varia victoria cū tyrannis dimicatū ad postremum amisso Hamilchare imperatore cum exercitu: aliquāntisper quieuerunt.



victi. Medio tempore cū rhexini discordia laborarēt: ciui-  
 rasq; per dissensionem diuisa in duas partes esset: Vete-  
 rani ab altera parte ab himerā in auxilium vocati pulsus  
 ciuitate contra quos implorati fuerant : & mox caesis q̄  
 bus tulerant auxiliū: urbem cū coniugib⁹ & liberis soci-  
 orū occupauere: ausi facin⁹ nulli tyranno comparandus  
 Quippe vt rhexinis meli⁹ fuerat uici q̄ vicisse: Nā siue  
 auctorib⁹ captiuitatis iure seruissent : siue amissa patria  
 exulare necesse habuissent: non tamē iter aras & patrios  
 lares trucidati crudelissimis tyrānis patriam cū coniugi-  
 b⁹ ac liberis prādam reliq̄ssent . Catanēses quoq; cū Sy-  
 racusanos graues paterētur : diffisi virib⁹ suis auxilium  
 ab Atheniēsb⁹ petiuere : qui seu studio maioris imperii  
 quod asiā grāciamq; penitus occuparāt: seu metu factae  
 pridem a Syracusanis classis ne Lacedaemoniis illae utres  
 accederēt Lamponium ducem cū classe in Siciliam mise-  
 re: ut sub specie ferēdi Catanēsb⁹ auxilium tētarent Siciliae  
 imperium . Et quoniam prima initia frequēter caesis ho-  
 stibus p̄spera fuerāt : maiore denuo classe & robustiore  
 exercitu Lachetheo & cariade ducibus Siciliae petiuere  
 Sed Catanenses siue metu Atheniēsum siue tādio belli  
 pacem cū Syracusanis remissis Atheniensium auxiliis fe-  
 cerūt. Interiecto deinde tempore cū fides pacis a siracusa-  
 nis nō seruarietur: denuo legatos Athēas mittūt : qui sor-  
 dida veste capillo barbaq; prolyxis & omni squaloris ha-  
 bitu ad misericordiā commouendā acquisito cōcionē de-  
 formes adeunt. addūtur precib⁹ lachrymā: & ita miserū  
 cordem populus supplices mouēt: vt dominarent̄ duces:  
 qui ab his auxilia deduxerāt. Igitur classis īgens decerni-  
 tur: creant̄ duces Nicæas & Alcibiades & Iamachus: tātis  
 que viribus Sicilia repetit̄ : ut ipsis terrori essent : ī quorū  
 auxilia mittebant̄ . Breui post tempore reuocato ad reatū

Alcibiade duo prælia pedestria secunda Nicæas & Iamachus faciūt:munitionibꝰ deide circūdati hostes etiā marinis cōmeatibus ī vrbe clausos itercludūt. Quibus rebus fracti Syracusani auxiliū a Lacedæmōiis petiuerūt ab his mittit Gylippus solus: sed ī quo istar omniū auxiliōꝝ erat. Is audito genere belli iam inclinato statu auxiliis: partim in grāciam: partim in Siciliam misere contractis opportūa bello loca occupat. Duobus īde præliis victus: cōgressus tertio occiso Lamaco & hostes ī fugas compulit: & socios obsidione liberauit. Sed dū athenienses a bello terrestri in nauale se transtulissent Gilippus classem a lacedæmone cū auxiliis accersit: quo cognito & ipsi athenienses in locū amissi ducis Demostenem & Eurimedūta cū supplemento copiarū mittūt. Pelopōnesii quoq; cōmuni ciuitatū decreto ingentia Syracusanis auxilia misere: & quasi Græciæ bellū in Siciliam translatum esset. Ita ex utraq; parte summis uiribus dimicabatur. Prima igit cōgressione naualis certaminis Athenienses uincūtur. Castra quoq; cū omni publica ac priuata pecunia auittūt. Super hęc mala cū etiam terrestri prælio uicti essent: tūc Demosthenes cēsere coepit: ut abiret Sicilia: dū res quibus afflicta nondū tamen perditæ forent neq; in bello male auspicato amplius perseuerādū esse: domi grauiora & forsitan infeliciora bella esse: ī quæ re seruare hos vrbis apparatus oporteat. Nicæas seu pudore male actæ rei: seu metu destitutæ spei ciuiū: seu impellente fato manere cōtendit. Reparatur igitur nauale præliū: & a nimia prioris fortunæ procella ad spem certaminis reuocatur. sed insidia ducū qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi facile uincūtur. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans primus cadit: triginta naues quibus præfuerat incendūtur. De



mosthenes & Nicæas etiã ipsi victi exercitũ i terram de  
 ponũt:tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his reli  
 ctas centũ triginta naues Gylippus iuasit:ipso deide in  
 sequit̃ fugientes:partim capit cãdit partim .Demosthe  
 nes aũsso exercitu a captiuitate gladio & volũtaria morte  
 se uindicat .Nicæas autem ne Demosthenis quidem ex  
 emplo vt sibi consuleret admõitus cladem suorũ auxit de  
 decore captiuitatis.

*Anno ante av. xj. 413.*

IVSTINI HISTORICI LIEER. V.

**C**VM Atheniẽses i Siciliam bellũ per biẽntũ  
 cupidius q̃ felicius gerũt:Interim cõcitor  
 & dux eiꝰ Alcibiades absens Athenis i simu  
 lat mysteria cereris initoruz sacra nullo ma  
 gis q̃ silẽtio solemni enũciauisse .Reuocatoq; bello ad iu  
 diciũ siue cõscientias siue idignitatem rei nõ ferens taci  
 tus i exiliũ Elidem pfectus est. Inde vbi nõ damnatũ se  
 tantum:verũ etiam diris per omniũ sacerdotũ religiões  
 deuotum cognouit Lacedæmona se cõtulit .Ibiq; regem  
 Lacedæmoniorũ impellit:turbatis Atheniẽsibus aduerso  
 Siciliae prælio vltro bellũ i ferre .Quo facto omnia Græ  
 cia regna velut ad extingundũ cõmune icendium con  
 currũt:Tãtum odiũ atheniẽses immoderati imperii cru  
 delitate cõtraxerãt .Darius quoq; rex Persaruz memor  
 paterni auitiq; i hanc urbem odiũ facta cũ Lacedæmoniis  
 per Tisafarnẽ præfectũ Lidiae societate omnem sumptũ  
 belli pollicetur .Et erat hic quidem titulus cũ Græcis coe  
 undi .Re autẽ vera timebãt:ne victis Atheniẽsibus ad se  
 lacedæmonii arma trãsferrent .Quis igit̃ miret̃ tam flo  
 rentes atheniẽsium opes ruisse:cũ ad opprimendã vnaz  
 vrbes totius orientis vrbes concurrẽt:non tamen inerti

*Anno ante av. xj. 416.*

neq; icruento cecidere bello: sed praliati ad ultimum vi  
ctores: etiā iterdū cōsumpti magis fortunæ varietate q̄  
vi victi sunt. Principio belli omnes etiam ab his focii de  
scuerāt: vt sit: quo se fortūa eodem etiā fauor hominuz  
īclinat. Alcibiades quoq; motū aduersus patriā bellum  
nō Gregarii militis opera sed imperatoris virtutib⁹ ad  
iuuabat. Nempe acceptis quinq; nauibus ī asiam contē  
dit: & tributarias Atheniēsū ciuitates auctoritate noīs  
sui ad defectionem cōpellit. Sciebāt enim domi clax: nec  
exilio videbāt factū minorem: nec tam ablatum Atheni  
ensibus duces q̄ Lacedæmoniis traditum: partaq; cum a  
missis imperia pēsarent. Sed apud Lacedæmonios virt⁹  
Alcibiadis plus inuidiæ q̄ gratiæ cōtraxit. Itaq; cū prin  
cipes velut æmulū gloriæ suæ iterficiēdum īsidiis man  
dassent: cognita re Alcibiades per vxorem Agidis regis  
quā adulterio cognouerat ad Tisafernē præfectū Darii  
regis pfugit. Cui celeriter officii comitare & obsequen  
di gratia īsinuauit. Erat enim & ætatis flore & formæ  
veneratione: nec minus eloquētia etiā iter Athenienses  
īsignis: sed in reconciliādīs amicitiæ studis q̄ ī retinen  
dis vir melior: quia mox vitia sub vmbra eloquentiæ pri  
mo latebant. Igitur psuadet Tisaferni ne tāta stipendia  
classi Lacedæmoniorū præberet. Vocādos eīm ī portione  
muneris Ionios: quoz pro libertate cū tributa Athenien  
sibus penderēt: bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis ni  
mis enixe lacedæmonios iuuandos. Quippe memorem  
esse debere alienam se victoriam non suā īstruere: & ea  
tenus bellū sustinēdum ne inopia deserat. Nam regem  
Persaz dissidentibus Græcis arbitriū pacis ac belli fo  
re: & quos suis non possit ipsoz armis uicturū: perfecto  
autem bello statim ei cū uictoribus dimicandus. Dome  
sticis itaq; bellis Græciam obterendā ne exterius uacet:



exaquādasq; vires partiū:& inferiores auxilio leuandos  
 Nō eīm quieturos post hanc victoriā Spartanos:q; vin  
 dices se libertatis Græciæ p̄fessi sunt:grata oratio Tisa  
 ferni fuit.Itaq; commeatus maligne præbere.classem re  
 giam non totam mittere:ne aut victoriam totam daret  
 aut necessitatem deponendi belli imp̄eret.Interea Alci  
 biades hanc operam cuius vādicabat :ad quem cum  
 legati atheniēsū venissent:pollicet̄ his amiciciam regis  
 si respublica a populo translata ad senatū foret :sp̄rās  
 vt aut concordāte ciuitate dux belli ab oibus legeretur  
 aut discordia inter ordines facta ab altera parte i auxili  
 um vocaret̄.Sed atheniensibus iminēte piculo belli ma  
 ior salutis q̄ dignitatis cura fuit. Itaq; permittēte popu  
 lo imperiū ad senatum transfertur:qui cū īsita genti su  
 perbia crudeliter i plebē cōsuleret :singulis tyrātidis si  
 bi potētiā v̄dicantibus ab exercitu Alcibiades exul reuo  
 catur:duxq; classi cōstituit̄.Statim igit̄ Athenas mittit  
 ex continēti se cū exercitu venturū :recepturūq; a quadri  
 gētis iura populi ni ipsi redderēt.Hac denūciatione opti  
 mates territi primo vrbem prodere lacedæmoniis tētaue  
 re:deīde cum id nequiuissent i exilium p̄fecti sūt .Igit̄  
 Alcibiades ītestino malo patria liberata summa cura clas  
 sem īstruit:atq; ita i bellum aduersus lacedæmōas p̄git  
 Iam Zestromīdarus & Pharnabāsus lacedæmōiorū du  
 ces īstructis nauibus expectabāt .prælio cōmisso victori  
 a penes Atheniēsēs fuit .In eo bello maior pars exercit⁹  
 & omnes ferme hostiū duces cæsi:naues.lxxx.captæ.In  
 iectis quoq; diebus cum bellū lacedæmonii a mari i ter  
 ram transtulissent iterato uincunt̄ . His malis fracti pa  
 cem petiere:quam ne acciperent opera eorū effectū est:  
 quibus ea res quæstum præstabat . Interea & syracusa  
 norū auxilia illatum a carthaginensibus Siciliæ bellum

domus reuocauit: quibus rebus destitutis lacedæmoniis Alcibiades cum classe uictrici Asiam uastat: multis locis prælia facit: ubiq; uictor: recepit ciuitates quæ defece-  
rāt nōnullas capit: & imperio atheniensium adiicit. Atq; ita prisca nauali gloria uendicata adiecta etiam laude terre-  
stris belli desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur. His oibus præliis ducetæ naues hostiū & præda ingens  
capta ad hūc redeuntis exercitus triumphum effusa oīs multitudo obuiā pcedit: & vniuersos quideꝫ milites præ-  
cipue tamen Alcibiaden mirat̃. In hūc oculos ciuitas u-  
niuersa: i hunc suspensa ora cōuertit. Hunc quasi de cæ-  
lo missū & ut ipsam uictoriam cōtuent̃: laudatq; pro pa-  
tria. Nec minus admiratur quæ exul contra gesserit: ex-  
cusantes ipsi iratū puocatūq; fecisse. Enim uero tantum  
i vno viro fuisse momēti. ut maximi imperii subuersi &  
rursum recepti auctor esset: & vnde stetit eo se uictori-  
a trāsferret: fieretq; cū eo mira quædam fortūæ inclinatio  
Igit̃ oibus nō humanis tātum: uerū etiaz & diuinis eum  
honoribus honorat̃. certāt secū ipsi: utrū cōtumeliosius  
eum expulerit: an reuocauerit honorat̃. ipsos illi deos  
gratulātes tulere obuiā: quoꝝ execrationibus erat deu-  
tus. Et cui paulo ante omnē humanā opem interdixerāt: eū  
si queāt i cælo posuisse cupiūt. Explent cōtumelias hono-  
ribus: detrimēta muneribus: execrationes precibus. Non  
Siciliæ illis aduersa pugna i ore est: sed græciæ uictoria  
nō classes per illum amissæ sed acquisitæ: nec Syracusarū  
sed Ionix bellespōtiq; meminerūt. Sic Alcibiades nunq̃  
mediocribꝫ nec i offensam nec fauorem studiis suorum  
exceptꝫ est. Dū hæc agunt̃ a lacedæmonis Lysander clas-  
si belloq; præficit̃: & in locū Tisafernis Darius rex per-  
sarū filiū suum Cyrus Ionix Lydiarūq; præposuit: qui La-  
cedæmoios auxiliis opibusq; ad spem fortunæ prioris



erexit. Aucti igitur uiribus Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum dum agros longa pace diuites se curos populat & praedae dulcedine sine insidiae metu sparsos milites haberet: repentino aduentu oppressere. tantaque caedes pallatum fuit: ut plus vulneris eo praelio Athenienses acciperent quam superioribus dederat: & tanta desperatio apud Athenienses erat: ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone duce commutaret: arbitrantes victos se non fortuna belli sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa valuisset quam recitata beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantum ut ostenderet hostibus: quem ducem spreuissent: & ut carius eis ipsam victoriam uenderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade vigor ingenii & vitiorum amor & morum luxuria faciebat. Veritas itaque multitudinis imperium denuo in uoluntarium exilium perficit. Itaque Conon Alcibiadi successus habens ante oculos cui duci successisset: classem maxima industria exornat: sed nauibus exercitus deerat fortissimis quibusque in Asiae populatione amissis. Armantur tamen senes aut impuberes pueri: & numerus militum sine exercitus robore expletur. Sed non magnas bello moras aetas fecit. Imbelles aut cadunt passim: aut fugientes capiuntur. Tantaque strages aut occisorum aut captiuorum fuit: ut Atheniensium deletum non imperium tantum uerum etiam nomen videret: quo praelio perditis & desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur: ut consumpta militari aetate: peregrinis ciuitate: seruis libertatem: damnatis impunitatem darent. Eaque coluuiatione hominum domini antea Graeciae conscripto exercitu vix libertatem tuebantur. Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt. Tanta virtus animorum erat: ut cum paulo ante salutes despauerint: nunc non desperant uictoriam: Sed neque is miles erat: qui nomen Atheniensium tueret: neque haec vires quibus vincere consueuerat: neque

ea scientia militaris i his: quos uincula non castra continu-  
erunt. Itaque omnes aut capti: aut occisi: cum dux Conon  
praelio superfuisset solus crudelitatem civium metuens cum  
octo navibus ad regem Cyprium contedit. Euagoras autem  
dux lacedaemoniorum rebus feliciter gestis fortunae hostium  
isultat: captivas naues cum praeda bellica in triumphi modum  
ornatas mittit lacedaemona: ac tributarias atheniensem  
ciuitates: quas metus dubiae belli fortunae in fide tenuerat  
uoluntarias recepit: nec aliud ditionis Atheniensium praeter  
urbem ipsam reliquit: quae cum cuncta cum Athenis nunciata essent  
omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi: Alii  
us alium sciscitari: auctorem nuntii requirere: non pueros  
imprudetia: non senes debilitas: non mulieres sexus imbecil-  
lis domi tenet: adeo ad omnem aetatem tanti mali sensus  
penetrauerat. In foro deinde coeunt: atque ibi perpeti nocte  
fortunam publicam quaestibus iterant. Alii fratres aut fili-  
os aut parentes deflet: cognatos alii: alii amicos cariores  
cognatis: & cum priuatis casibus querelam publicam miscet  
Iam se ipsos iam ipsam patriam pituram miserioremque ico-  
lumiis quam amissorum fortunam iudicantes sibi quisque ante oculos  
obsidionem famem & superbum victoremque hostem proponen-  
tes Iam ruinam urbis & incendia: iam omnium captiuitatem &  
miserrimam seruitutes recordantes feliciores praesens prioris  
urbis ruinas ducetes: quae icolumibus filiis parentibusque te-  
ctorum tantum ruina taxatae sint: Nunc autem non classem sin-  
quam sicuti pridem confugiant: superesse: non exercitum: cuius vir-  
tute seruati pulchriora possent moenia extruere. Sic de-  
flectae ac prope perditae urbi hostes superueniunt: & obsidione  
circudatos obsessos fame urgunt. Sciebant eis neque ex adue-  
ctis copiis multum superesse: & ne nouae aduehi possent pro-  
viderant: quibus malis rebus athenienses fracti post longam  
famem & assidua suorum funera pacem petiuere: quae an



dari deberet diu inter Spartanos sociosq; deliberatum .  
 Cum multi delendū Atheniensiu nomen vrbemq; incē  
 dio consumendam censerēt : negarunt se spartani ex du  
 obus Græciæ oculis alteꝝ eruturos : pacem polliciti : si de  
 missa pyræū vers⁹ muri brachia deiecerit : nauesq; quæ  
 reliquæ forēt traderēt : resq; publica ex semet ipsis .xxx.  
 rectores acciperet . In has leges traditas sibi vrbem lace  
 dæmonii formadā Lyfandro tradiderunt . Insignis hic  
 ānus & expugnatiōe Athenarū & morte Darii regis pfa  
 rū & exilio Dionysii Sicilia tyranni fuit . mutato statu  
 Athēarū etiam ciuiū cōditio mutat . Rectores .xxx. rei .p.  
 cōstituuūt : q; fiūt tyrāni : quippe a p̄ncipio tria milia si  
 bi satellitū statuūt : quantū ex tot cladibus p̄pe nec ciuiū  
 sup̄fuerat . & quasi paruus hic ad continēdam ciuitates  
 exercitus esset : septingentos milites a victoribus accipiūt  
 cædes deīde ciuium ab alcibiade suspicant̄ : ne iteꝝ rem  
 publicam sub obtentu liberatiōis inuaderet : quem cum  
 p̄fectum ad artaxerxem persarū regem comperissent ci  
 tato itinere miserūt : qui eum iuterciperent : a quibus oc  
 cupatus cū occidi aperte non posset viuus ī cubiculo : in  
 quo dormiebat : cremat⁹ est . Liberati hoc vltiōis metu ty  
 rāni miseris vrbis reliqas cædibus & rapinis exhauriūt  
 quod cū displicere uni ex numero suo therameni didicif  
 sent : ipsus quoq; ad terrores omniū itersificiūt . Fit igitur  
 ex vrbe passim omniū fuga : repleturq; Græcia Atheniē  
 sium exulib⁹ : quod etiam ipsum auxiliū a miseris eripe  
 ret : nam lacedæmonioꝝ edicto ciuitatis exules recipere  
 p̄hibebant̄ . Omnes se argos & Thebas cōtulere . Ibi nō  
 solū tutum exiliū egerunt veꝝ etiam spem recupandas  
 patriæ receperunt . Erat inter exules Thrasylbulus vir stre  
 nu⁹ & domi nobilis : qui audendum aliqd pro patria &  
 pro salute communi etiam cum periculo ratus adunatis

exulibus castelū Finem Atticorū finius occupat .nec deerat q̄rundaz ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor .Itaq; & his Menias thebanorū princeps & si publicis non poterat priuatis tamen uiribus adiuuabat:& Lysias Syracusanus orator exul tūc quingentos milites sti pēdio suo istructos ī auxiliuz patriæ cōmunis eloquētiaz misit . Fit itaq; aspum prāliū :sed cū hinc pro patria sūmis uiribus īde pro aliena dominatione securi⁹ pugnaretyranni uicuntur:uicti in urbem refugerūt:quam exhaustā cādibus suis etiam armis spoliāt . Deīde cūz omnes Atheniēses p̄ditionis suspectos haberēt :demigrare eos ex urbe iubēt:& in brachiis muri :quæ diruta fuerant : habitare:extraneis militibus imperiū tuentes . Post hæc Thrasylbulū corrumpere imperii societatem pollicentes conant :quod cū nō contigissent :auxilia a lacedæmonis pettuere . Quibus accitis iterato prāliant :In eo bello Critias & Hippolochus omniū tyrannorū æuissimi cadunt . Cæteris uictis cūz exercitus eorū ex quibus maior Atheniensius erat fugeret magna uoce Thrasylbulus exclamat . Cur se uictore fugiāt :potius q̄ ut uindicem communis libertatis adiuuēt :ciuiū illā meminerint acies nō hostiū esse:nec se ideo arma cepisse ut aliqua uictis adimat:sed ut adepta restituat .xxx. se dominis non ciuitatis bellū inferre admonet . Deinde cognationis legū sacrorū tum uetusti p̄ tot bella cōmilitū orat :miserēatur exulū ciuiū :si tam patienter ipsi seruiant . reddant sibi patriā : accipiant libertatem . His uocibus tantum permotum est ut reuersus in urbem exercitus .xxx. tyrānos emigrare Eleusina iuberet:substitutis decem:qui rem .p. regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis territi eandē uiam crudelitatis aggressi sunt . Dū hæc aguntur nunciāt lacedæmonæ in belluz athenienses exarsisse ad quod com



primendū Pausanias rex mittitur qui misericordia exu-  
 lis populi p̄motus patriā miseris ciuibus restituit :& de-  
 cem tyrānos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros iubet  
 Quibus reb⁹ cum pax statuta esset iteriectis diebus re-  
 pente tyrāni nō minus restitutos exules q̄ se in exilium  
 actos indignātur .quasi vero aliorū libertas sua seruitus  
 esset :& bellū atheniēses īferūt . sed ad colloqū veluti do-  
 miationē recepturi p̄gressi per īfidias cōpr̄hensi vt pa-  
 cis victimā trucidantur . Populus : quem emigrare iusse-  
 rant : ī vr̄bem reuocatur . Atq; ita per multa membra ci-  
 uitas diuisa ī vnū tantū corpus redigitur :& ne qua dis-  
 sensio ex ante actis nasceret : omnes ī reiurando obstrin-  
 gūtur discordiā obliuionem fore . Interea Thebani co-  
 rynthiūq; legatos ad lacedæmonios mittūt : qui ex manu  
 biis portionem pr̄æde commūis belli periculiq; peterent  
 quibus negatis : non quidem aperte bellū aduersus lace-  
 dæmonios decernūt : sed tacitis animis tantam iram con-  
 cipiūt : ut subesse bellum intelligi possent . eodem fere tem-  
 pore Darius rex persarū moritur artaxerxe & Cyro filiis  
 relictis : regnū Artaxerxi : Cyro ciuitates : quarū prefectus  
 erat testamento : legauit . Sed Cyro iudiciū patris iniuria  
 uidebatur . Itaq; oculte aduersus fratrem bellū parabat  
 quod cum nunciatū Artaxerxi esset accersitum ad se fra-  
 trem & innocentiam dissimulatione belli simulantem cō-  
 pedibus aureis uinxit : interfecissetq; ni mater prohibu-  
 isset . Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellus sed  
 palam nec per dissimulationem sed aperta professiōe pa-  
 rare coepit . auxilia undiq; cōtrahit . Lacedæmoni memo-  
 res atheniensi bello enixe eius opera adiutos uelut igno-  
 rantes cōtra quē bellū pararetur : decernūt auxilia Cyro  
 mittenda : ubi res eius exegisset : quærentes aput Cyrum  
 gratiam : & aput Artaxerxes : si uicisset ueniam patrocinia :

cum nihil aduersus eū aperte decreuissent. Sed cū in bello fors prælii utrumq; fratrem pugna obtulisset: prior Artaxerxes a fratre uulnerat: quem cū equi fuga periculo subtraxisset: Cyrus a cohorte regia oppressus interficit: sic uictor Artaxerxes & præda fraterni belli & exercitu potitur. In eo prælio decem milia græcorū in auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu: in quo steterat: uicerunt: & post mortem Cyri neq; armis tãto exercitu uinci neq; dolo capi potuerunt: reuertentesq; inter tot indomitas nationes & barbaras gentes per tãta itineris spatia uirtute se usq; terminos patriæ defenderunt.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER SEXTVS.

**L**ACEDAEMONII More ingenii humani quo plura habent: eo ampliora cupientes: non contenti accessione atheniensium opum uires sibi duplicatas totius Asiæ imperii affectare cœperunt: sed maior pars sub regno persarum erat. Itaque Hercylides dux in hanc militiam electus cū uideret sibi aduersus duos præfectos Artaxerxis regis Pharnabasum & Tisafernem maximarum gentium uiribus succinctos dimicandum: pacificari cum altero statuit. Aptior uisus Tisafernes uir & industria potior & militibus Cyri quodam regis instructor in colloquium uocatur: & statutis conditionibus ab armis dimittitur. Hanc rem Pharnabasus apud communem regem criminat: ut lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit armis: sed impensis regis aluerit merceturq; ab his ut differant bella: quæ gerant tanquam non ad unius summam imperii detrimentum omne perueniet Indignum ait bellum non perfici sed redimi hostem pretio non armis summoueri. His uocibus rex Tisaferni



alienatus hortatur: ut in eius naualis belli ducem eligat Cononē atheniēsem: qui amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe atheniēsis & si fracta sūt opes māere tam naualem usum: nec si eligendus sit ex uniuersis meliorē alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis iussus est Conona classi præficere. His cognitis lacedæmoni & ipi a rege ægypti Hercymonem in auxilium naualis belli p̄ legatos petūt: a quo centum triremes & sexcētum milia modiorū frumenti missa: a cæteris quoq; sociis ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitu & cōtra tantū ducem deerat dignus imperator. Itaq; postulanti bus sociis Agēsilaum ducem reges tunc lacedæmoniorū p̄pter responsum oraculi delphici diu lacedæmonii an eus summx rei præponerent: deliberauerūt: quibus futurus imperii finis denunciabatur: cum regius claudicasset imperium: erat enī pede claudus. Ad postremū statuerūt melius esse incessum regem q̄ imperio regnum claudicare. postq̄ Agēsilaum cū ingentibus copiis in Asiam misere: non facile dixerim: quod aliud par ductum tam bene cōparatum fuerit. Quippe ætas uirtus consiliū sapientia utriq; prope una: gloria quoq; rerū gestarū eadē. Quibus cū paria oīa fortuna dederit: inuictū tamē ab altero utrūq; seruauit. magnus igitur amborū apparatus belli. magnæ res gestæ fuerūt. Sed Cononem seditio militū inuadit: quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant: eo constantius debita poscentibus quo grauiorem sub magno duce militiam præsumebant. Itaq; Conō diu rege per epistolas frustra fatigato ad postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu & colloquio phibitus ē: quod eū more persarū: adorare nollent: Agit tamen cum eo per internūcios: & queritur opulentissimi regis bella inopia delabi. & qui exercitū parem hostibus habeat peccunia

uinci: qua praestet: inferioremque eum ea parte uirum inue-  
niri: qua longe superior sit. postulat dari sibi ministerium  
impensae: quia plurimum id mandari perniciosum sit. dato sti-  
pendio ad classem remittitur: nec moram agendis rebus facit  
multa fortiter, multa facilliter agit. Agros hostiles vastat  
urbem expugnat: & quasi tempestas quaedam cuncta proster-  
nit. Quibus rebus territi lacedaemonii ad patriae subsi-  
dium reuocandum ab Asia Agesilaum decernunt. Interim Ly-  
sander ab Agesilao proficiscente dux patriae relictus inge-  
tem classem summis viribus instruit fortunam belli tentatu-  
rus. Nam & ipse Conon tunc primum cum hostium exercitu  
concursum magna cura suos ordinat. Summa igitur non  
ducum tantum in eo praelio quam militum aemulatio fuit. Nam  
ipse dux Conon non tam persas quam patriae studebat: & sicuti  
afflictis atheniensium rebus auctor amissae dominationis  
fuerat: sic volebat idem haberi redditae patriamque vincen-  
do recipere quas victus amiserat. eo speciosus quod ne ipso  
rum quidem atheniensium sed alieni praelii viribus dimicet  
& pugnaturum periculo regis: victurus praemio patriae: glo-  
riamque diuersis artibus quam priores ciuitatis suae duces com-  
secutus. Quippe illos vincendo persas patriam defendisse  
persas victores faciendo restitutum patriam esse: porro Ly-  
sander praeter coinunctionem Agesilai etiam virtutum aemu-  
lator erat: contendeatque ne a rebus gestis eius & gloriae  
splendore decederet. neue tot bellis a saeculis quaesitum im-  
perium breuissimi momenti culpa subuerteret. Eadem mi-  
litum & omnium regum cura erat: quos maior sollicitudo cru-  
ciabat: non tam ne ipsi quaesitas opes amitterent: quam ut pristi-  
nas athenienses reciperent. Sed quanto maius praelium fuit  
tanto & clarior victoria Cononis. victi lacedaemonii fugam  
capessunt: praesidia hostium Athenis deducunt. populo re-  
stituta dignitate condicio seruilis eripitur. multae quoque



ciuitates recipiunt. Hoc initiū atheniēſibus reſumēdae  
 potētiae & lacedaemoniis habēdae finis fuit .Nanq; velu  
 ti cū imperio etiam virtutes pdiſſent cōtemni a finiti  
 mis cōepere. Primi igit̃ Thebani auxiliātibus Athenien  
 ſibus bellū his itulere: quae ciuitas ex infinitis icremen  
 tis virtute Epaminūdae ducis ad ſpem imperii graeciae  
 erecta eſt. Fit itaq; terreſtre praeliū eadem lacedaemoni  
 orū fortūa qua pugnatū aduerſus Conona nauali praeli  
 o fuerat .In eo bello Lyſander quo duce athenienſes vi  
 cti a lacedaemoniis fuerāt :interficiūt . Pausanias quoq;  
 alter dux lacedaemoniorū pditionis accusatus in exiliū  
 abiit. Igit̃ Thebani potiti victoria vniuerſum exercitus  
 ad vrberem lacedaemoniorū ducūt :facilem expugnationē  
 rati quoniam deſerti a ſociis omnibus erant. quod metu  
 ctes lacedaemonii regem ſuū Ageſilaū ex Aſia qui ibi ma  
 gnas res gerebat ad deſenſiōem patriae accerſunt. Occi  
 ſo eīs Lyſandro nullius alteri⁹ fiduciam ducis habebāt  
 cuius quoniam ſerus aduent⁹ erat: conſcripto exercitus  
 obuiam hoſti procedūt .Sed victis aduerſus paulo ante  
 victores nec animus neq; vires pares fuere .Prima igit̃  
 cōgreſſione fundunt̃ :deletis iam ſuorū copiis ſupuenit  
 rex Ageſilaus: q̃ reſtituto praelio non difficulter recenti  
 & multis expeditionib⁹ indurato milite hoſtibus victori  
 am eripuit: ipſe tamen grauiter ſauciat̃ .Quibus rebus  
 cognitis Atheniēſes verētes ne iteꝝ lacedaemoniis victo  
 ribus in priſtinam ſortem ſeruitutis redigerent̃ :exerci  
 tum contrahūt: eumq; ī auxiliū Boetiorū Phiphocratem  
 .xx. q̃dem ānos natum ſed magnā idolis iuuenem duci  
 iubent. Huius adoleſcētis ſupra aetatem virtus admirabi  
 lis fuit: nec vnq̃ ante eus Athenienſes iter tot tantosque  
 duces aut ſpei maioris aut idolis maturioris imperatorē  
 habuerūt. In quo non imperatori tantum verum etiam

oratoriarum artes fuere . Conon quoque audito reditu Agefilai & ipse ex asia ad populandos lacedaemoniorum agros reuertitur . Atque ita vndique belli formidine circum strepente clausi spartani ad summam desperationem rediguntur . Sed Conon vastatis hostium terris Athenas pergit ubi magno ciuium gaudio exceptus: plus tamen tristitiae ipsi & ex incensa & diruta a lacedaemoniis patria quae laticiae ex recuperata post tantum temporis cepit . Itaque quae incensa fuerat praedarum sumptu & exercitu persarum restituit: quae diruta fuerant reficit . Fatum illud athenarum fuit: ut ante a persis crematae manubiis eorum: & nunc a lacedaemoniis dirutae ex spoliis lacedaemoniorum restituerent . versa quoque vice nunc haberent socios: quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc paterentur: cum quibus iuncti tunc charissimis societatis vinculis fuerat . Dum haec agunt Artaxerxes rex persarum legatos in graeciam mittit: per quos iubet omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset eum se pro hoste habiturum: ciuitatibus libertatem suamque omnia restituit . quod non graeciae laboribus assiduisque bellorum inter ciues odiis consules fecit: sed ne occupato sibi aegyptio bello quod propter auxilia aduersus praefectos suos lacedaemoniis missa susceperat: exercitus sui in graeciam detinerent . Fessi igitur tot bellis graeci cupide paruere . Hic annus non eo tantum insignis fuit . quod repente pax tota graecia facta est: sed etiam eo quod eodem tempore vrbs romana a gallis capta est . sed lacedaemonii secuti insidiantes absentiam Archadum speculati castellum eorum expugnant: occupatoque praesidium imponunt . Itaque armato instructoque exercitu Archades adhibitis in auxilium thebanis amissa bello repetunt . in eo praelio Archidamus dux lacedaemoniorum vulneratur: qui cum caedi suos iam ut victos videret per praecoem corpora interfectorum ad sepulturam poscit . Hoc est eis signum



apud græcos uictoriae traditæ: qua confessione contēti  
 thebani signū parcendi dedere. post paucis diebus neu  
 tris quicq̄ hostile facientibus cum quasi consensu tacito  
 induciæ essent: lacedæmoniis alia bella aduersus finiti  
 mōs gerentibus: thebani Epaminunda duce occupandæ  
 urbis eorū spem ceperūt. Igitur principio noctis taciti la  
 cedæmona p̄fiscūtur: non tamen aggredi incautos po  
 tuerūt. Quippe senes & cætera imbellis ætas cū aduen  
 tum hostiū p̄sensissent: in ipsis portarū angustis armati  
 occurrūt: & aduersus quādecim milia militū nō amplius  
 centū iam effoetæ ætatis viri pugnae se offerūt: tantū  
 animorū virumq; patriæ & penatū conspectus summini  
 strat: tantoq; præsentia q̄ recordatione sui maiores spem  
 largiūtur. Nam vt viderūt intra quæ & pro quibus sta  
 rēt: aut vincendū sibi: aut moriendū censuerunt. Pauci  
 igit̄ sustinere senes aciem: cui par ante diem uniuersa  
 iuuentus esse nō potuit. i eo prælio duo duces hostiū ce  
 cidere: cum iterim Agesilai aduētus nunciatur: thebani  
 recessere: nec bellus diu dilatatum. Siq̄dem spartanorum  
 iuuentus senū virtute & gloria icēsa teneri nō potuit:  
 quin ex continēti acie decerneret: cū victoria thebanorū  
 esset. Et Epaminūdas dum nō ducis tātum verus etiam  
 fortissimi militis officio fungitur: grauius vulneratur  
 Quo audito his ex dolore metus: & illis ex gaudio stu  
 por inicitur: atq; ita ex placito cōsensu a prælio discedi  
 tur. Post paucos deinde dies Epaminundas decedit: cum  
 quo vires quoq; rei. p. ceciderūt. Nam sicuti talo si pri  
 mam aciem præfregit: reliquo ferro vim nocendi su  
 stuleris: sic illo velut mucrone talis ablato duce thebano  
 rum rei. p. vires hebetatæ sūt: vt nō tam illū amisisse q̄  
 cum illo iteruisse omnes viderentur. Nam neq; hunc an  
 te ducem ullum memcrabile bellum gessere: nec poste

virtutibus sed cladibus insignes fuere: ut manifestū sit patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertū uir melior an dux esset: nam & imperium nō sibi semper sed patriæ quæsiuit: & pecuniæ adeo parcus fuit: ut sūptus funeri defuerint: gloriæ quoq; nō cupidior q̄ pecuniæ: quippe recusanti omnia imperia igesta sunt. Honoresq; ita gessit: ut ornamentū nō accipe sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam litterarū studium: iam philosophiæ doctrina tanta: ut mirabile uideret̄: unde tā insignis militiæ scientia homini inter litteras nato. neq; ab hoc uitæ proposito mortis ratio dissensit. Nam ut relatus in castra semianimis uocem spiritumq; collegit: id unum a circūstantibus requisit: num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut seruatū audiuit: allatū uelut laborum gloriæq; socium osculatus est. Iterum quæsiuit utri uicissēt: ut audiuit thebāos: bene h̄re se rē dixit atq; ita uelut gratulabundus patriæ expirauit. Huius morte etiam Atheniensium uirtus intercudit: siquidem amisso cui æmulari consueuerant: in segnitias torporēq; resoluti: nō ut olim in classem exercitus sed in dies festos apparatusq; ludorum reditus publicos effundūt: & cum auctoribus nobilissimis poetisq; theatra celebrāt: frequētius scēnam q̄ castra uisentes. Versificatoresq; meliores q̄ duces laudantes. Tunc uectigal publicū: quo ante milites & remiges alebant̄: cum urbane populo diuidi cōceptū. Quibus rebus effectū est: ut inter ocia græcorū sordidū & obscurū antea macedonum nomen emergeret: Et Philipus obses triēnio thebis habit⁹ Epaminūda & Pelopidaꝝ virtutibus eruditus Regnū macedoniæ græciæ & asiæ ceruicib⁹ ueluti iugū seruitutis imponeret.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER SEPTIMVS.



**M**ACEDONIA antea nomine Emathiōis regis: cuius prima virtutis expimenta in illis locis extāt: Emathia cognominata est. Hui⁹ sicuti incremēta modica: ita termini pangu sti fuere. populus pelafgi & regio boetia dicebat̃. Sed postea virtute regū & gentis industria: subactis primo finitimis mox populis nationibusq; imperium vsq; extremos orientis terminos platum est. In regione præoniæ: quæ nūc portio est macedoniæ: regnasse fertur Telegonus pater Astriopai: cuius troiano bello iter clarissimos vindices vr̃bis nomen accepimus. Ex alio latere in europa Europus nomine regnū tenuit. Sed & caranus cum magna multitudie græcor; sedes ī macedonia responso oraculi iussus quærere: cū æmathicā vēisset vr̃bem edysfam nō sentiētibus oppidanis propter imbrius & nebulae magnitudinem gregem caprae; imbrem fugientiū secutus occupauit: reuocatusq; in memoriam oraculi quo iussus erat: ducib⁹ capris imperiū quærere regni sedem statuit: relligioseq; postea obseruauit: quocumq; agmē moueret ante signa easdem capras habere: cceptorū duces habitur⁹: quas regni habuerat auctores. Vr̃bem edyssā ob memoriam mūeris ægæā populus ægæades vocauit. Pulso deīde Midanamis quoq; portiones macedoniæ tenuit: aliisq; regibus pulsis ī locū omnium solus successit: primusq; adūatis gentibus varioꝝ populor; veluti vnus corpus macedoniæ fecit: crescentique e regno valida incrementor; fundamenta constituit. Post hunc Perdicas regnauit: cuius vita illustris & mortis postrema veluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidē senex moriens Argæo filio monstrauit locū: quo cōdi uellet ibiq; non sua tantum sed etiam succedentiū sibi in regnū ossa poni iussit: Præfatus: quo ad ibi cōditæ posterior; relliquæ

*Annus ante an. 29. 814.*

forent: regnū in familia mansurū credūtq; hac supersti-  
tione extinctam in Alexādro stirpem : q̄ locū sepulturæ  
mutauerit. Argæus moderate & cuz amore populi admi-  
nistrato regno successorē filium Philippū reliquit : q̄ im-  
matura morte raptus Europū paruulū admodum insti-  
tuit heredem . sed macedōibus assidua certamīa cū thra-  
cibus & illyriis fuere : quorū armis veluti quotidiano ex-  
ercitio idurati gloria bellicæ laudis finitimos terrebant  
Igitur illyrii infantiam regis pupilli contemnentes bello  
macedonas aggrediunt̄ : q̄ prælio pulsi rege suo ī cunis  
prolato & pone aciem posito : acri⁹ certamē repetiuerūt  
Tanq̄ ideo victi fuissent ātea : q̄ bellātibus sibi regis sui  
auspicia defuissent . futuri vel p̄pterea victores : q̄ ex su-  
p̄stitutione animū vicendi ceperāt : simul & miseratio eos  
īfantis tenebat : quē si victi forēt : captiuū de rege factu-  
ri videbant̄ . Cōserto itaq; prælio magna cæde illyrios fu-  
dere : ostenderūtq; hostibus suis priore bello : regē mace-  
donib⁹ nō virtutem defuisse : Huic Amyntas succedit : &  
p̄pria virtute & Alexādri filii egregia indole insigniter  
clarus : cui Alexandro tāta omniū virtutis naturæ orna-  
mēta extitere : vt etiam olympio certamine vario ludicro  
rū genere contēdit . Cuz interim Darius rex persarū tur-  
pi a scythia fuga sūmotus : ne vbiq; deformis militiæ dā-  
nis haberet̄ : mittit cuz parte copiarū Megabasum ad su-  
bigendā thraciā cæteraq; eius tractus regna : q̄bus pro  
ignobili momento erat accessura macedonia : qui breui  
tēpore executo regis imperio legatis ad Amyntā regem  
macedoniæ missis obsides in pignus futuræ pacis sibi da-  
ri postulabat . Sed legati benigne excepti inter epulas e-  
brietate crescente rogant Amyntā : vt apparatus epularū  
adiciat ius familiaritatis adhibitis ī conuiuīū suū filius  
& vxoribus & filiabus : id apud persas haberi pignus ac



foedus hospitii : qui vt venerūt petulātius contrectātib⁹  
 filius Amyntæ Alexander rogat patrem respectu ætatis  
 ac grauitatis suæ abire e conuiuio: pollicit⁹ se hospitū te  
 ntatur⁹ iocos. Quo digresso mulieres quoq; paulo e con  
 uiuiū euocat : cultius exornaturus gratioresq; reductu  
 us. In quaruz locū matronali exornatos habitu iuuenes  
 supponit : eosq; petulantiam legator⁹ ferro: quod sub ue  
 ste gerebant: compescere iubet. Atq; ita interfectis omni  
 bus ignarus rei Megabafus cū legati nō redirent: mittit  
 eo cū exercitus parte Bubarem: vt in belluz facile & me  
 diocre dedignatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tam  
 foedæ gentis. Sed Bubares ante bellū amore filiz Amynt  
 æ captus, omisso bello nuptias facit: depositisq; hostilib⁹  
 animis in affinitatis iura succedit. Post diceffum a mace  
 donia Bubaris Amyntas rex decedit: cuius filio & succes  
 fori Alexandro cognatio Bubaris nō Darii tantū tempo  
 ribus pacem præstitit: verus etiam Xerxem conciliauit  
 adeo vt euz grāciam veluti tempeffas quædā occupasset  
 intus olympum hæmūq; mōtes totius regionis eū impe  
 rio donauerit. Sed nec virtute minus q̄ p̄sarum liberali  
 tate regnuz ampliauit. Per ordinē deide successionis re  
 gnū macedoniæ ad Amyntam fratris eius Menelai filiū  
 peruēit. Hic quoq; ifignis idustria : & omnibus impera  
 toriis virtutibus iftructus fuit: qui ex Eurydice tres fili  
 os sustulit Alexandrum perdicam & Philippū Alexandri  
 magni macedonis patrem: & filiam Euryonē. Ex Cigæa  
 autem Archealū: Archideū: Menelaum: qui euz Illyriis  
 deinde cum olynthis grauia bella gessit. Insidiis autem  
 Eurydices vxoris : quæ nuptias generi pacta occidendū  
 virū regnumq; adulterio tradendū susceperat: occupat⁹  
 fuisset: ni filia pellicatū matris & scele: is cōsilia p̄didisset &  
 Fūctus itaq; tot periculis senex recessit : regno maximo

ex filius Alexandro tradito. Igitur Alexander iter prima  
initia regni belluz ab Illyriis pacta mercede & Philippo  
fratre dato obside redemit. Interiecto quoq; tempore p  
eūdem obsidem cuz thebanis gratiam pacis reconciliat.  
quæ res Philippo maxima incrementa egregiæ indolis  
fuit. Siquidem triennio thebis obses habitus prima pue  
ritie rudiméta i vrbe seueritatis antiquæ & in domo Epa  
minundæ summi & philosophi & imperatoris deposuit.  
Nec multo post Alexāder isidiis Eurydices matris appe  
titus occūbit: cui Amyntas i scelere depræhensæ ppter  
commūes liberos ignarus eisdem quādoq; exitiosam fo  
re pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari insidiaruz  
fraude decipit. Indignū prorsus libidinis causa liberos  
a matre vita priuatos: quā scelex suorū supplicis libero  
rū contemplatio vindicauerat. Perdica hæc idignior cæ  
des videbat: q; ei apud matrem misericordiaz nec paruu  
lus quidem filius concilliauerat. Itaq; Philippus diu non  
regem sed tutorem pupilli egit. At vbi grauiora bella in  
minebant serumq; auxilium in expectatione isantis erat  
compulsus a populo regnū suscepit. vt est igressus impe  
riū magna de illo spes omnibus fuit: & propter ipsius i  
geniū: quod magnus spondebat virum: & ppter vetera  
macedoniæ fata: quæ cecinerāt vno ex Amyntæ filiis re  
gnante florētissimū fore macedoniæ statū: cui spei scel<sup>9</sup>  
matris hūc residuū fecerat. Principio regni cuz hinc cæ  
des fratrū indigne peremptoz inde hostium multitudo:  
hinc insidiarum metus: inde inopia: continui belli & ex  
hausti regni & immaturam ætatem tyronis vrgeret: bel  
la quæ veluti conspiratione quadam ad opprimēdas ma  
cedoniā multarū gentium ex diuersis locis vno tempore  
confluebāt: quoniam omnibus par esse nō poterat dispē  
sanda ratus alia iterposita pactione componit: alia redēit



facillimis qbusq; aggressis: quorum victoria & militum  
 trepidos animos firmaret: & contemptum sibi hostiū de  
 meret. Primū illi cū atheniensibus certamen fuit: quibꝰ  
 p̄ insidias victis metu belli grauioris cū iter facere oñes  
 posset: icolumes sine pretio dimisit. Post hos bello ī Illy  
 riis translato multa milia hostiū cecidit. Urbem nobilissi  
 mā larisæam capit: hic thessaliam non prædæ cupiditate  
 sed quod exercitui suo robur thessalorum eq̄tum adiun  
 gere gestiebat nihil minus q̄ bellū metuentem improui  
 sus expugnat. vnumq; corpus equitū pedestriumq; copi  
 arum iuncti exercitus fecit: quibus rebus feliciter p̄uēi  
 entibus Olympiada Neoptolemi regis molosorum filiam  
 vxorem ducit: conciliante nuptias fratre patruale Altore  
 virginis Arisba rege molosorū: qui sororem olympiadis  
 Troadam in matrimonium habebat: quæ causa illi exitiū  
 malorumq; omniū fuit. Nam dū regni incrementa affini  
 tate Philippi acquisiturū se sperat: proprio regno ab eo  
 dez priuatus in exilio consenuit. Is ita gestis Philippus  
 iam non cōtentus sumouere bella: vltro etiā quietos la  
 cessit. Cum methonaz urbem oppugnaret: in pratereun  
 tem de muris sagitta iacta dextrū oculus regis effodit:  
 quo uulnere nec segnior in bellum nec iracūdius aduer  
 sus hostes factus est. adeo vt interiectis diebus pacē de  
 præcantibus dederit: nec moderatus tantum uerum etiā  
 mitis aduersus uictos fuerit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER OCTAVVS.

**G**RAECIAE Ciuitates dum impare singulæ  
 cupiūt: imperiū omnes perdidērūt. Quippe  
 in mutuū exitiū sine modo ruentes: ab omni  
 bus victæ periere: quod singulæ amitterent

non nisi oppressa senserunt. Siquidem Philippus ex macedonia velut specula quadam libertati omnium insidiatur dum contentiones ciuitatum alit auxiliū inferioribus ferendo victos pariter victoresque subire regiam seruitutem coegit causa & origo huius mali thebani fuere: qui cum regem potirentur secundam fortunam ibecillo animo ferentes victos armis lacedaemonios & phocenses quasi parua supplicia caedibus & rapinis luissent: aput comune gratiae concilium superbe accusauerunt. Lacedaemoniis crimini datum quod arcem thebanam induciarum tempore occupassent: phocensibus quod boetiam depopulati essent: praesens quasi post arma & bellum locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio victorum exerceret: tanta pecunia danantur: quanta exolui non posset: Igitur phocenses cum agris liberis: coniugibusque priuarentur desperatis rebus Philomene quondam duce velut deo irascentes templum ipsum Appolinis delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites conducto mercenario milite bellum thebanis intulerunt: factusque phocensium tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium: plus tamen inuidiae thebanis: a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerat: quam ipsis intulit. Itaque auxilia his & ab athenensibus & a lacedaemoniis missa: Prima igitur congressione Philomenes thebanos castris exiit, sequenti praelio primus inter confertissimos dimicans cecidit: & sacrilegii poenas impio sanguine luit. In huius locum dux Oenomaus creat: aduersus quem thebani thessalique non ex ciuibus suis ne victoris potentiam ferre non possent: sed philippus macedoniae regem ducem eligunt: et externa dominationi: quam in suis timuerunt: sponte succedunt. Igitur philippus quasi sacrilegii non thebanorum victor esset: omnes milites coronas laureas sumere iubet: atque ita veluti deo



duce i præliū pergīt . Phocenses i signibus dei cōspectis  
 consciētia delictorū territi abiectis armis fugam capessūt  
 poenasq; violatæ religionis sanguine & cædibꝫ suis pen  
 dunt. Incredibile quātā ea res apud omnes nationes phi  
 lippo gloriam dedit . Illum uindicem sacrilegii : illum ul  
 torem religionum; quod orbis uiribus expiari debuit: so  
 lum qui piacula exigeret extitisse dignum . Itaq; diis pro  
 ximus habetur: per quem deorum maiestas uindicata sit  
 Sed athenienses audito belli euētū ne in græciam Philp  
 pustransiret: angustias thermopilarū pari ratione sicuti  
 antea adueniētibus persis occupauerunt: sed nequaquā simili  
 aut virtute aut causa. Siquidem tūc pro libertate gratiæ  
 nūc pro sacrilegio publico: tūc a rapina hostium templa  
 vindicaturi: nūc aduersus vindices templorum raptores  
 defensuri. Aguntq; se propugnatores sceleris: cuius tur  
 pe erat alios vindices fuisse immemores prorsus q; i dubi  
 is rebus suis illo deo etiam cōsiliorū auctore vsi fuerant: q;  
 illo duce tot bella victores inierant: tot vrbes auspicato  
 condiderāt: tantū imperiū terra mariq; quaesierāt : q; ni  
 hil sine maiestate numinis eius aut priuatæ vnq; aut pu  
 blicæ rei gesserāt : Tantū facinus admisisse i gentia omni  
 doctrina exulta : pulcherrimis legibus institutisque for  
 mata : vt qd vnde posthac succensere iure barbaris pos  
 sint: non haberēt. Sed nec philippus melioris fidei aduer  
 sus socios fuit . Quippe veluti timens ne ab hostibus sa  
 crilegii scelere viceretur: ciuitates: quarū paulo ante dux  
 fuerat : quæ sub auspiciis eius militauerāt : quæ gratula  
 tæ illi sibiq; victoriā nactæ fuerāt hostiliter occupatas  
 diripuit. Coniuges liberosq; omnium sub corona vendi  
 dit: nō deorū immortalium templis: nō ædibus sacris: nō di  
 is penatibus publicis priuatisque: ad quos paulo ante in  
 gressus hospitaliter fuerat: pepercit . Prorsus vt non tam

sacrilegii vltor extitisse: q̄ sacrilegiorū licentiam quasisse  
videret. Inde veluti rebus egregie gestis ī cappadociam  
traicit : vbi bello pari p̄fidia gesto captisq; per dolus &  
occisis finitimis regibus vniuersam p̄uinciam imperio  
macedoniæ adiūgit. Deinde ad abolēdam iuidiæ famā: q̄a  
ī signis p̄ter ceteros tunc temporis habebat; p̄ regna  
mittit & opulētissimas ciuitates & phana ac tēpla : qui o  
pinionem sererēt regē Philippus magna pecunia locare  
& muros per ciuitates & phana & tēpla facienda: & vt p̄  
p̄cōes susceptores sollicitarent; q̄ cū in macedoniā uēis  
sent: variis dilatiōibus frustrati vim regiæ maiestatis ti  
mētes taciti p̄ficiscebant. Post hęc Olynthios aggredi  
tur: receperāt eis per misericordiā post cædem vnius du  
os fratres eius : quos Philippus ex nouerca gēitos velu  
ti participes regni interficere gestiebat. Ob hanc igitur  
causā vrbes antiquā & nobilem excindit: & fratres olim  
destinato supplicio tradit: p̄da q; ingenti pariter & par  
ricidii voto fruit. Inde quasi oīa: quæ agitasset animo: ei  
licerēt: auraria ī thessalia argenti metalla ī thracia occu  
pat. Et ne quod ius vel fas iuiolatū p̄termitteret pira  
ticam quoq; exercere instituit. His ita gestis forte venit  
ut eum fratres duo reges thraciæ & non cōtemplatione  
iusticiæ eius: sed iuicem metuētes ne alterius viribus ac  
cederet disceptationū suarū iudicem eligerent. Sed Phi  
lippus more īgenii sui ad iudicium ueluti ad bellum in  
opinātibus fratribus īstructo exercitu superuēit : regno  
utrumq; nō iudicis more sed fraude latronis ac scelere  
spoliauit. Dum hac agūtur legati Atheniensium petētes  
pacem ad eū uenerūt: quibus auditis & ipse legatos athe  
nas cū pacis condicionib; misit: ibiq; ex commodo utro  
rumq; pax facta. Ex ceteris quoq; graciæ ciuitatibus nō  
pacis amore sed belli metu legatiōes uenere. Siquidem



crudescēte ira thessali boetiꝫ orāt :ut professum aduer  
 sum phocenses ducem gr̄aciae exhibeat: tanto odio pho  
 censium ardentes: ut obliti cladius suarꝫ perire ipsi q̄ nō  
 perdere eos pr̄optarēt: exptamqꝫ Philippi crudelitatem  
 pati: q̄ parcere hostibus suis mallent. Contra phocensiū  
 legati adhibitis lacedæmoniis & atheniensibus belluz de  
 precabantur: cuius ab eo dilationē ter iam emerant. Foe  
 dum prorsus miserandumqꝫ spectaculum: gr̄aciam etiā  
 nunc & uiribus & dignitate orbis terrarum principem  
 regum certe gentiumqꝫ semper victricem & multarum  
 adhuc urbiū dominam alienis excubare sedibus: aut ro  
 gantem bellum aut deprecantem in alterius ope omnes  
 spem posuisse: Orbis terrarū uindices eo usqꝫ discordia  
 sua ciuilibusqꝫ bellis redactos: ut adulent̄ ultro sordidā  
 paulo ante clientelæ sue partem: & hoc potissimū facere  
 thebanos lacedæmoniosqꝫ antea inter se imperius nunc  
 gr̄aciae imperantis æmulos. Philippus inter hæc uēdica  
 tione gloriæ suae tantarum urbium fastigium agitāt :  
 atqꝫ utros potius dignetur estimat. Secreto igitur audi  
 tis utrisqꝫ legationibus his ueniam belli pollicetur iure  
 iurando adactis responsum nemini prodituros: illis con  
 tra venturū se auxiliumqꝫ laturū. Vtrosqꝫ vetat parare  
 belluz aut metuere. sic uariato responso securis omnibꝫ  
 thermopylarum angustias occupat. Tunc primum pho  
 censes se captos in fraude Philippi animaduertentes tre  
 pidi ad arma confugiūt .Sed neqꝫ spatium erat instrué  
 di belli: nec tempus ad contrahenda auxilia: & philippus  
 excidiū minabatur :ni fieret deditio. Victi igit̄ necessita  
 te pacta salute se dederunt. Sed pactio eius fidei fuit: cu  
 ius antea fuerat deprecati belli promissio. Igit̄ cadūtur  
 passim. rapiūturqꝫ: nō liberi parentibꝫ: nō coniuges ma  
 ritis: nō deoz simulacra templis suis relinquūtur. vnus

tantum miseris solatiū fuit : quod cū Philippus portiōe  
prædæ socios fraudasset: nihil rex suarū apud inimicos  
viderūt. Reuersus in regnū: vt pecora pastores nūc in  
hybernos nūc in æstiuos saltus traiciūt: sic ille populos  
& vrbes. Vt illi vel replenda vel dereliquenda quæq; lo  
ca videbant̄ ad libidinem suam transfert. miserāda vbi  
que facies: & excidio similis erat. Non quidem pauor il  
le hostilis: nec discursus per urbem militum erat: nō tu  
multus armorū: nō boum atq; hominum rapina: sed taci  
tus mæror & luctus: verentibus ne ipsæ lachrimæ p̄ cō  
tumacia haberent̄. Crescit dissimulatiōe ipsa dolor: hoc  
altius dimissus quo mius p̄fiteri licet. Nunc saepulchra  
maiorū: nūc veteres penates: nūc tecta: in quibus geniti e  
rant: in quibus que genuerāt: considerabāt. Miserantes  
nūc vicem suam: p̄ in eam diē vixisset: nunc filiorū: q̄ nō  
post eam diē nati essent: alios populos in finibus ipsis ho  
stibus oppōit: alios in extrēis regni terminis statuit. quos  
dam bello captos in supplementis vrbiū diuidit. Atq; ita  
ex multis gentibus nationibusq; vnum regnū populū  
que cōstituit. Compositis ordinatisq; macedoniæ rebus  
dardanos cæterosq; finitimos fraude captos expugnat.  
Sed nec a proximis manus abstinet. Si quidem Arisban  
reges Epiri vxori suæ Olympiadi arctisiam cognatione  
victum pellere regno statuit: atq; Alexandrum priuignū  
eius vxoris olympiadis fratrem puerum honestæ pulchri  
tudinis in macedonia nomine sororis accersit: omni que stu  
dio sollicitatus in spem regni simulato amore ad stupri  
cōsuetudinem perpulit: maiora in eo obsequia habiturū  
siue cōsciētia pudore siue regni beneficio. Igitur cū .xx  
ad ānos peruēisset ereptū arisbæ regnū puero admodū  
tradit scelestū in utroq; nā nec in eo ius cognatiōis suauit  
cui adicit regnū: & eū cui dedit: impudicū fecit atē q̄ regē



IUSTINI HISTORICI LIBER NONVS.

**I**N GRAECIAM Philippus cum venisset sollicitatus paucarum ciuitatum direptione : & ex praeda modicarum vrbius quantae opes vniuersarum essent animo prospiciens bellum toti graeciae inferre statuit Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus si sibi byzantium nobilem maritimam urbem receptaculum terra marique copiis suis futurum in potestatem redegisset : eadem claudentem sibi portas obsidione cinxit. Haec namque vrbs condita primo a Pausania rege spartanorum : & per .vii. annos possessa fuit : deinde uariante victoria : nunc lacedaemoniorum : nunc Atheniensium uiribus habitata est : quae incerta possessio effecit : ut nemine quasi sua auxiliis iuuante libertatem costantius tueretur . Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus pecuniae commercium de piratica mutuatur . Captis itaque .clxx. nauibus mercium ex distractis anhelantem iopiam paululum recreauit . Deinde ne vnus urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur profectus cum fortissimis multas Chersonesum vrbes expugnat . filium Alexandrum decem & octo annos natum : ut sub militia patris tyrocinii rudimenta deponeat : ad se accersit : in scythiam quoque praedandi causa profectus more negotiorum impensas belli alio bello refecturus . Erat eo tempore rex scytharum Matthaeus qui cum bello istrianorum praemeretur : auxilium a Philippo per apollonieses petit : in successione eum regni scythiae adoptaturus : cum interim istrianorum rex decedens & metu belli & auxiliorum necessitate scythas soluit . Itaque Matthaeus remissis macedonibus renunciari Philippo iubet : neque auxilium eius se petisse : neque adoptionem mandasse . Nam neque vindicta macedonum egere scythas : quibus meliores forent : neque

Anno ante era 21. 356

hæredē sibi incolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Mattæam mittit: impēsā obsidionis portionē petētes: ne iopia bellum deserere cogatur. Quod eo promptius eum facere debere q̄ missis a se in auxilium eius militibus nec sumptū quidem viā n̄ modo officii pretia dederit. Matthæas in clāmentiam caeli & terrae sterilitatem caufatus: quae nō patrimoniis ditet scythas: sed uix alim̄ta exhibeat: respondit: nullas sibi opes esse quibus tātum regem expleat: & turpius putaret paruo defungi q̄ totum abnuere. Scythas autē virtute animi & duricia corporis nō opibus cēseri. Quibus derisus Philippus soluta obsidione byzātii scythica bella aggreditur: præmissis legatis: quo securiores faceret: qui nūcient Mathææ dum byzantiū obsidet uouisse statuam Herculi: ad quā in hostio istri ponendam se venire pacatum accessum ad religionem dei petēs amicus ipse scythis uenturus. ille si uoto fungi uelit: statuam sibi mitti iubet: non modo ut ponat: uerum etiam ut inuiolata maneat: pollicet̄. Exercitum autem fines īgredi negat se passurum: ac si iuitis scythis statuam ponat: eo digresso sublaturū uersurūq; æs statue in aculeos sagittarū. His utrinq; irritatis animis præliū committit̄. cū uirtute & animo præstarēt scythæ: astutia Philippi uincūtur. xx. milia puerorū ac fœminarū capta: pecoris magna uis: auri argentiq; nihil. Ea primū fides inopiæ scythicæ fuit. xx. milia nobiliū equarum ad gēus faciendum ī macedoniam missa. Sed reuertēti a scythia tribali Philippo occurrunt: negant se transitum daturus: ni portionem accipiant prædæ. Hinc iurgium & mox præliū. In quo ita in femore uulneratus est Philippus: ut per corpus eius equus īterficeret̄. cui oēs occisum putarēt: præda amissa est. Ita scythica uelut de uota spolia poene luctuosa macedōibus fuere. Vbi uero



ex vulnere primū conualuit diu dissimulatus bellū athe-  
nienſibus infert: quorū cauſa thebani ſe iūxere: ne victis  
metuentes athenienſibus ueluti uicinum incendiū belli  
ad ſe tranſiret. Facta igit̃ inter duas paulo ante infeſtiſ-  
ſimas ciuitates ſocietate legationibus graeciam fatigant  
commūem hoſtem putant communib⁹ uiribus ſummo  
uendū .Neq; enim ceſſaturꝫ Philippum ſi p̃ſpere prima  
ſucceſſerit: niſi omnem graeciā domuerit. Motae quādā  
ciuitates Athenienſib⁹ ſe iungūt :quaſdam autē ad Phi-  
lippū belli metus traxit. Prælio cōmiſſo cum athenienſes  
longe maiore militū numero præſtarēt aſſiduis bellis ī  
durata uirtute macedonū uincunt̃ . nō tamen immemo-  
res priſtiā gloriā cecidere . Quippe aduerſis vulnerib⁹  
omnes loca quæ tuenda a ducibus acceperant moriētes  
corporibus texerūt. Hic dies vniuerſæ græciæ & gloriā  
dominationis & vetuſtiſſimā libertatem finiit : huius ui-  
ctoriæ calide diſſimulata lætitia eſt . Deniq; nō ſolita ſa-  
cra Philippus illa die fecit: nō conuiuio riſit : nō ludos ī  
ter epulas adhibuit : nō coronas aut unguenta ſumpſit .  
& quantus in illo fuit : ita uicit: ut uictorem nemo ſenti-  
ret . Sed nec regem ſe græciæ ſed ducem appellari iuſſit  
Atq; ita inter tacitā lætitiā & dolorem hoſtiū tempera-  
uit : ut neq; apud ſuos exultaffe : neq; apud victos inſul-  
taſſe uideret̃ . Athenienſibus quos paſſus infeſtiſſimos  
fuerat & captiuos gratis remiſit : & bello conſumptorū  
corpora ſepulturæ reddidit : reſſiquiaſq; funerum ut ad  
ſepulchra maiorꝫ deferrēt vltro hortatus eſt : ſuper hæc  
Alexādrum filiū cum amico Antipatro: qui pacē cuſ his  
amicitiāſq; iūgeret: Athenas miſit. Thebanorꝫ porro nō  
ſolū captiuos : uerum etiā interfectorꝫ ſepulturam vān-  
didit. Principes ciuitatis alioſ; ſecuri percuffit: alioſ; ī exi-  
liū redegit: bonaque oīum occupauit . pulſos deinde per

iniurias in patrias restituit .ex horum numero .ccc. exu  
les iudices rectoresq; ciuitati dedit .Apud quos cū poten  
tissimi quinque rei eius ipsius criminis postularentur :  
quod per iniuriam se in exiliū egissent: huius cōstantiā  
fuerūt: vt omnes se auctores faterent: meliusq; cū repu  
actum cū damnati essent: q̄ cum restituti contenderent.  
Mira prorsus audacia de iudicib⁹ vitæ necisq; suæ quē  
admodū possunt: sententiam ferūt: cōtemnuntq; absolu  
tionem: quā dare inimici possunt. & quoniā rebus neque  
unt vlcisci: verbis vsurpāt libertatem .Compositis ī græ  
cia rebus Philippus omniū ciuitatum legatos ad formā  
dum reg⁹ præsentiū statum euocari corynthū iubet .Ibi  
pacis legem vniuersæ græciæ pro meritis singularuz ci  
uitatū statuit: cōsiliūq; omniū veluti vnum senatū ex  
omnibus eligit .Soli Lacedæmonii & legem & regē con  
tempserūt: seruitutem nō pacē rati: quæ non ipsis ciuita  
tibus conueniret: sed a victore ferret .Auxilia deīde sin  
gularū ciuitatū describūtur: siue adiuuand⁹ ea manu rex  
oppugnāte aliquo foret: seu duce illo bellū inferendum.  
neq; enim dubiū erat imperius persarū his apparatus  
peti. Sūma auxiliorū. cc. millia peditū fuere: & equitum  
xv. millia. Extra hanc summā & macedoniæ exercit⁹ erat  
& confinis domitarū gentiuz barbararū. Initio. veris tres  
duces in asiā persarū viris præmittit Parmenonē. Aryn  
tam. & Attalum: cui⁹ sororem nuper expulsa Alexandri  
matre Olympiade propter stupri suspiciōē ī matrimōi  
uz acceperat .Interea dū auxilia a græcia coeūt: nuptias  
cleopatrarū filiae Alexādrī: quæ regem Epiri fecerat cele  
brat. Dies erat pro magnitudine duorū regū & collocā  
tis filiam & vxorē ducentis apparatus insignis. Sed nec  
ludorū magnificentia deerat : ad quorum spectaculum  
Philippus cū sine custodib⁹ medius iter duos alexādros



filius generumq; concederet: paufanias nobilis ex mace  
 donibus nemini suspectus adolefcēs occupatū angustif  
 Philippū in transitu obtrūcat: diemq; latitix destinatū  
 foedū luctu funeris facit. Hic paufanias primis puber  
 tatis annis stuprū per iniuriam passus ab Attalo fuerat  
 cuius indignitati hæc etiam felicitas accesserat. Naz per  
 ductū in conuiuio solutūq; mero Attalus nō suæ tantū  
 verū & conuiuaz libidini velut scortuz vile subiecerat:  
 ludibriūq; omniū inter coarquales reddiderat. Hanc ré  
 ægre ferēs Paufanias querelam philippo sæpe detulerat  
 Cū variis frustrationib⁹ non sine risu differret & hono  
 ratū insuper ducatu aduersariū cerneret iram in ipsum  
 Philippū vertit: vltionemq; quam aduersario n̄ poterat  
 ab iniquo iudice exegit. Creditū est etiā imssus ab olym  
 piade m̄re alexādrī fuisse nec ipsū alexādrū ignaz pat̄næ  
 cædis exiisse. quippe n̄ min⁹ olympiade repudiū & præ  
 latā sibi Cleopatram q̄ stuprū paufaniam doluisse. Ale  
 xandrū quoq; regni æmulū frat̄re ex nouerca susceptū  
 tenuisse: eoq; actū vt in cōuiuio antea primus cum Atta  
 lo mox cū ipso patre iurgaret. Adeo vt etiam stricto gla  
 dio eū Philippus consecrat⁹ sit. ægreq; a filii cæde amico  
 rum precibus exorat⁹. Quamobrem Alexāder ad auun  
 culum se in Epiæ cū matre inde ad reges illyrioz contu  
 lerat: vixq; reuocanti mitigatus est patri: precibusq; co  
 gnatoz ægre redire cōpulsus. Olympias quoq; fratrem  
 suum Alexandrū Epiri regem iu bellū subornabat: per  
 uicissetq;: ni filix nuptiis pater generz occupasset. His sti  
 mulis iraz vtriq; Paufanias de ipunitate stupri sui quæ  
 rétem ad tantū facinus impulisse creduntur. Olympias  
 certe fugienti percussori eos quoq; præparatos habuit.  
 Ipse deide audita regis nece cū titulo officii ad exeq̄as ea  
 dem nocte cucurrisset: i cruce pēdentis paufaniaz capiti

eadem nocte: qua uenit: coronam aureā impōit: quod ne  
mo alius audere nisi hoc supstite philippi filio potuisset  
Paucos deide post dies refixū corpus interfectoris sup  
reliquias cremauit: & tumultus ei eodem fecit in loco:  
parentariq; eidem quot annis icussa populo superstitione  
curauit. Post hæc Cleopatram : a qua pulsa Philippi ma  
trimonio fuerat: i gremio eius prius filia iterfecta finire  
vitam suspēdio coegit: spectaculoq; pendētis vltione poti  
ta est: ad quā per parricidiū festiauerat . Nouissime gla  
dium illum: quo rex percussus est : Apollini sub nomine  
myrtalis consecrauit. Hoc enim nomē ante Olympiadis  
paruulæ fuit: quæ omnia ita palam facta sūt: vt timuisse  
videat: ne facinus ab ea cōmisum nō probaret. Decessit  
Philippus. xl. & .vii. ānoꝝ cum annis .xxv. regnasset. ge  
nuit ex Larissæa saltatrice filiū Arideū : qui post Alexan  
druz regnauit habuit & multos alios filios ex variis ma  
trimoniis regio more susceptos : qui partim fato partim  
ferro periere. Fuit rex armōꝝ q̄ conuiuioꝝ apparatus  
studiosior: cui maxime opes erant. Instrumēta belloꝝ di  
uitiaꝝ quæstu q̄ custodia sollertior. Itaq; inter quotidi  
anas rapinas semper inops erat. misericordia in eo & p  
fidia pari iure dilectæ . Nulla apud euz turpis ratio vin  
cendi. blandus pariter insidiosus alloquio: q̄ plura pmit  
teret q̄ præstaret. In seria & iocos artifex: amicitias vtili  
tate nō fide colebat. Gratiam fingere in odio: istruere in  
ter concordantes odia : apud vtrumq; gratiam quarere  
sollemnis illi cōsuetudo . Inter hæc eloquentia & insignis  
oratio acuminis & sollertia plena vt nec ornatui facilitas  
nec facilitati inuentionus deesset ornatus. Huic Alexan  
der successit & virtute & viciis patre maior. Itaq; uincē  
di ratio utriq; diuersa. hic aperta ui: ille artibus bella tra  
ctabat : deceptis ille gaudere hostibus: hic palam fufis .

*Annus ante arā xj. 348.*



Prudētior ille consilio: hic animo manificentior. Iram pater dissimulare plærunq; & uincere: hic ubi exarxisset nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini nimis uterque auidus: sed ebrietatis diuersa uitia. Patri mos erat: & de conuiuio in hostem pcurrere: manus conserere: piculis se temere offerre. Alexander non in hostem: sed in suos sœuiebat. q̄obrē Philippū sæpe vulneratū prælia remiser: hic amicorū interfector conuiuio frequenter excessit. Regnare ille cū amicis nolebat: hic ī amicos regna exercebat. Amari pater malle: hic metui. litterarū cultus vtri que similis. Sollertiæ pater maioris: hic fidei. verbis at que oratiōe Philippus: hic rebus moderatior. parcēdi vīctis filio animus & p̄mptior & honestior. frugalitati pater: luxuriæ filius magis deditus erat. q̄bus artib⁹ orbis imperii fundamēta pater fecit operis totius gloriam filius consumauit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .X.

**A**Rtaxerxi regi psarū ex pellicibus .c.xv. filii fuere: sed tres tantū iusto matrimonio suscepti Darius Ariarates & Occhus. Ex his Darium contra morem psarū: apud quos rex nisi morte mutatur: p̄ indulgētiā pater regem viuus fecit: nihil sibi ablatū existimans: quod in filium contulisset: sinceriusq; gaudium ex p̄creatione capturum: si in signa maiestatis suæ viuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exempla iter faciendi patris consilium cepit. Sceleratus fuisset: si solus parricidium cogitasset: tanto sceleratior quanto in societatem facinoris assumptos. l̄ fratres fecit parricidas. Ostenti p̄sus genus: vbi in tanto populo nō solum sociari: verum

etiam filii parricidium potuit :vt ex .I. liberis nemo iuen-  
tus sit:quem aut paterna maiestas:aut veneratio senis:  
aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeo  
ne vile paternum nomen apud tot numero filios fuit  
vt quorum praesidio tutus etiam aduersus hostes esse debue-  
rat:eorum insidiis circumuentus tutior ab hostibus quam a filiis  
fuerit. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. oc-  
ciso quippe Cyro fraterno bello :cuius mentio supra ha-  
bita est :Astasia pellicem eius res Artaxerxes in matrimo-  
nium receperat. Hanc patrem cedere sibi sicuti regnum  
Darius postulauerat. qui pro indulgentia sua in liberos  
primo facturum se dixerat:mox poenitentia ductus vt hone-  
ste negaret:quod temere promiserat:solis eam sacerdotio  
praefecit : quod perpetua illi ab omnibus viris pudicitia im-  
perabat. Hinc exacerbatu iuuenis in iurgia primo pa-  
tris erupit :mox facta cum fratribus coniuratione dum pa-  
tri insidias parat:deprehensus cum sociis poenas parricidii  
diis paternae maiestatis ultoribus dedit. coniuges quoque  
omnium cum liberis:ne quod vestigium tanti sceleris extaret  
interfectae sunt. Post haec Artaxerxes morbo ex dolore con-  
tracto decedit Rex qui pater felicior. Haereditas regni Oc-  
cho tradita :qui timens parem coniurationem regiam co-  
gnatorum caede & strage principium replet:nulla non san-  
guinis non sexus non aetatis misericordia promotus:scilicet  
ne innocenter fratribus parricidis haberetur. Atque ita veluti  
purificato regno bellum armenis infert. In eo aduersus  
prouocatore hostium Codomanus quidam cum omnium  
fauore processisset:hoste caeso victoriam suis pariter & pro-  
pe amissam gloriam restituit. Ob haec decora idem Codoma-  
nus praeficitur Armenis. Interfecto deinde tempore post  
mortem Occhi regis ob memoriam pristinae virtutis rex a  
populo constituit:Darii nomine ne quid regiae maiestatis



38

deesset honoratus: bellumq; cū Alexandro magno diu uariante fortūa magna uirtute gessit. Postremo uictus ab Alexandro & a cognatis occisus uitam pariter cū p̄sare regno finiuit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .XI.

**I**N Exercitu Philippi sicuti uariarū gentes erāt ita eo occiso diuersi motus animorum fuere. Alii quippe iniusta seruitute oppressi ad spē se libertatis erigebant. Alii tādio longiquarū militiarū remissam sibi expeditiones gaudebāt. nōnulli facem nuptiis filiarū accensam rogo patris subditā dolebāt. Amicos quoq; tā subita mutatione rege haud mediocris metus ceperat: reputātes non prouocatā Asiam: nūc Europam nōdum p̄domitā: nunc Illyrios & thracas & dardanos ceterasq; barbaras gentes fidei dubiarū & mentis infidarū: qui omnes populi si pariter deficiāt: resisti nullo modo posse. His rebus uelut medela quādam iteruent⁹ Alexandri fuit: qui pro concioē ita uulgus omne cōsolat⁹ hortatusq; p̄ tempore est: ut & metū timentibus demeretur: & in spē sui omnes impelleret. Erat hic annos. xx. natus: ī qua aetate ita moderate de se multa pollicitus est: ut appareret plura eum expimētis reseruare. Macedonibus imunitatem cunctarū rerum prater militiarū uacationē dedit. quo facto tantū sibi fauorē oīum cōciliauit: ut corpus hominis nō uirtutū regis mutasse se dicerēt. Prima illa cura paternarū exequiarū fuit: In quibus ante oīa cædis cōscios ad tumulū patris occidi iussit: soli Alexandro lycistarū fratri pepcit: seruās ī eo auspiciū dignitatis suarū: nā regem eū primus salutauerat. amulū quoq; impii Caranum fratrem ex nouerca susceptum interfici

curauit . Inter initia multas gentes rebellâtes cōpescuit orientes nōnullas seditiones extinxit: qbus erect<sup>9</sup> tacito gradu i græciâ cōtendit . vbi exēplo patris Corynthū euocatus ciuitatibus dux i locū eius substituitur . In choatū deide a patre p̄sicum bellū aggreditur : i cuius apparatu occupato nunciatur Athenienses Thebanos & Lacedæmonios ab eo ad persas defecisse: auctoremq; ei<sup>9</sup> defectionis magno auri pondere a persis corruptus . De mosthenem oratores extitisse: q Macedonus deletas oēs cum rege copias a tribalis affirmauerit : producto in cōcionem auctore: qui i eo p̄ludio : in quo rex ceciderat : se quoq; vulneratū diceret . Qua opinione mutatos oīum ferme ciuitatū animos esse: p̄sidia Macedonus obsideri: qbus motibus occursur<sup>9</sup> tāta celeritate instructo p̄ratoroq; exercitu græciam oppressit: vt quem venire n̄ senserāt: videre se vix crederēt . In transitu hortatus Thessalos fuerat: beneficiorumq; Philippi patris maternæque suæ cū his ab æacidarum gente necessitudinis admonuerat: cupide hæc thessalis audientibus exemplo patris dux vniuersæ gentis creatus erat: & vectigalia oīa reditusq; suos ei tradiderāt . Sed Atheniēses sicuti primi defecerūt ita primi pœnitere cœperunt : contemptum hostis in admiratione cōuertentes : pueritiāq; Alexandri spretā antea supra virtutem veterū ducum extollentes . Missis itaque legatis bellum deprecant<sup>r</sup> : qbus auditis & grauiter increpatis Alexander bellum remisit . Inde thebas exercitum cōuertit : eadem indulgentia vsurus si parē pœnitentiam iuenisset . Sed Thebani armis non precibus nec deprecatione vsi sunt . Itaq; victi grauissima quæq; supplicia miserrimæ captiuitatis experti sunt . Cum i consilio de excidio urbis deliberaret Phocenses & Plataenses & Thespienses & Orchomenii Alexandri socii uictoriaque



participes excidium vrbium suarꝫ crudelitatemqꝫ theba  
 banorꝫ referebāt: studia ī perfas nō præsētia tātum: ue  
 rum etiam & vetera aduersus græciæ libertates icrepan  
 tes. Quamobrē odium eos oīum populorꝫ esse: quod vī  
 ex eo manifestari: q̄ iure iurando se oēs abstrinxerint: ut  
 victis psīs Thebas diruerent. adiiciunt & scelerum prio  
 rum fabulas: qbus oēs scænas repleuerant: ut non prae  
 senti tantū perfidia: verum & uetere infamia iūisi forēt  
 Tunc Eleadas unus ex captiuis data potestate dicēdi nō  
 a rege se defecisse: quē interfestū audierint: sed a regis  
 hæredibus. quicqd ī eo sit admissum credulitatis nō per  
 fidia culpam esse: cuiꝫ tamen iam magna se supplicia pe  
 pendisse. Deleta iuuentute nūc senum foeminarumque  
 sicuti infirmū: ita īnoxium restare vulgus: ipsumqꝫ stu  
 pris contumeliisqꝫ ita vexatum esse: vt nihil amariꝫ vnqꝫ  
 sint passi. nec iam pro ciuibꝫ se: qui tam pauci remanse  
 rint: orare sed pro innoxio patriæ solo & pro vrbe: quæ n̄  
 viros tantū vexꝫ etiam deos gēuerit. Priuata etiam regē  
 supstitione deprecāt geniti apud ipsos Herculis: vnde  
 originem gens æacidarū trahat. Actaqꝫ Thebis a patre  
 eius Philippo pueritia rogat: vrbi parcat: quæ maiores  
 eius partim apud se gēitos deos adoret: partim educatos  
 summæ maiestatis reges viderit. Sed potentior fuit ira  
 q̄ preces. Itaqꝫ vrbs diruitur: agri inter victores diuidū  
 tur: captiui sub corōa uandunt: quorꝫ pretium non ex  
 emētium commodo: sed ex inimicorꝫ odio extendit̄. mise  
 randa res Atheniēsisibus uisa. Itaqꝫ portas refugius pfu  
 gorꝫ contra īterdictū regis aperuere: quas res ita graui  
 ter tulit Alexander: ut secūda legatione denuo bellus de  
 precātibus ita demū remisit: ut oratores & duces quorꝫ  
 fiducia totiēs rebellēt: sibi dedant̄: paratisqꝫ atheniēsisibꝫ  
 ne cogantur subire bellū: eo res deducta est: ut retentis

oratoribus duces ī exiliū agerent: q̄ ex continēti ad da-  
riū profecti nō mediocre momentū p̄sar̄ uiribus accesse-  
re. p̄ficiētes ad p̄sicum bellū omnes nouer̄c̄ suā cogna-  
tos: quos philippus in excelsiorē dignitatis locum proue-  
hēs imperiis p̄æfecerat īterfecit. sed nec suis: qui apti re-  
gno uidebantur: pep̄cit: nē qua materia seditionis p̄cul-  
se agente in macedonia remaneret. & reges stipēdiarios  
conspēctoris īgenū ad cōmilinū secū trahit: seniores ad  
tutelam regnī relinquit. adunato deide exercitu naues  
onerat: unde conspēcta Asia īcrēdibili ardorē mētis accē-  
sus duodecim aras deor̄ ī belli vota statuit. Patrimoniū  
omne suū: quod ī macedōia europaq; habebat amicis di-  
uidit: sibi Asiam sufficere p̄æfatus. Priusq̄ vlla naus  
littore excederet: hostias cādit: petens victoriam bello:  
quo toties a p̄sis petita gr̄acia vltor relictus sit: q̄bus lō-  
ga iam fatis & matura impia cōtigisse: quorumq; tem-  
pus esse vices excipe melius acturos. Sed neq; exercitus  
eius alia q̄ regis animor̄ p̄æsumptio fuit. Quippe obli-  
ti omnes cōiugū liberor̄q; & longinquā a domo militia  
p̄sicum aux̄ & totius oriētis opes iam q̄si suam p̄ædaz  
ducebant: nec belli piculorum sed diuitiar̄ meminērant  
Cuz delati ī cōtinētem essent: primus Alexāder iaculum  
velut ī hostilē terram iecit: armatusq; de nauī tripudian-  
ti similis profiluit: atq; ita hostias cādit: p̄ecat⁹ ne se re-  
gem illā terrā iuitā accipiant. In illo quoq; ad tumulos  
eor̄: qui troiāo bello ceciderāt: parēt̄auit. Inde hostem pe-  
tēs milites a populatione asiā prohibuit: parcēdum suis  
rebus p̄æfat⁹: nec p̄denda ea: quae possessuri venerant  
In exercitu eius fuere peditum trigintaduo milia: eq̄tus  
q̄tuor milia quingenti: naues cētum. lxxxii. hac taz par-  
ua manu uniuersum terrar̄ orbes utrū sit admirabilius  
uicerit: an aggredi ausus fuerit incertum est: cū ad tam



periculosum bellū exercitū legerit non iuuenes robustos  
nec primo flore ætatis: sed ueteranos pluresq; etiā eme  
ritæ militiæ: q̄ cū patre paruisq; militauerāt .elegit nō tā  
milites q̄ magistros militiæ electos putares. Ordies quo  
que nemo nisi sexaginari<sup>9</sup> duxit ut si p̄cipalia castroz  
cerneres senatus te alicuius prisca rei. p. uidere dicerēs.  
Itaq; nemo in p̄lio fugas sed uictoriam cogitauit: nec  
in pedibus cuiq̄ spes sed in lacertis fuit. Contra rex per  
sarum Darius fiducia uirium nil astu agere affirmans  
suis occulta cōsilia uictoriæ furtiuæ cōuenire: nec hostes  
regni finib<sup>9</sup> arcere: sed intimū regnum accipere glorio  
sius ratus repellere bellū: q̄ nō admittere. Prima igit̄ cō  
gressio ī campis Adrastis fuit .In acie p̄sarū sexcenta mi  
lia militū fuere : quæ nō minus arte Alexādri q̄ uirtute  
macedonū supata terga verterūt. Magna itaq; cædes p̄  
sarum fuit. De exercitu Alexādri nouem pedites: centū  
. xx. equites cecidere : quos rex impensæ ad cæteroz so  
latia humatos staturis equestribus donauit : cognatisq;  
eoz immunitates dedit. Post uictorias maior pars asiæ  
ad eum defecit. gessit & plura bella cū p̄fectis Darii:  
quos iam nō tam armis q̄ terrore nominis sui uicit .dū  
hæc agunt̄ interim inditio captiui ad eū defertur insidi  
as ei ab Alexādri lyncistaz genero antipatris q̄ p̄posi  
tus macedoniæ erat parari .ob quaz causam timēs ne qs  
interfecto eo in macedonia motus oriret̄ : ī uinculis eum  
habuit. Post hæc gordin urbē petit : quæ posita est inter  
phrygiam maiorē & minorē : cuius urbis potiūdæ nō tā  
p̄pter p̄dā cupido eū cepit: sed quod audierat ī ea vr  
be ī templo iouis iugū plaustri gordii positū : cuius ne  
xum siquis soluisset: cū tota Asia regnaturum antiqua  
oracula cecinisse. huius rei causa & origo illa fuit .gor  
dius cū in his regiōibus bobus conductis artaret : aues

eum omnis generis circus uolare cœperunt. Profectus ad consulēdos augures vicinæ vr̄bis obuiam ī porta habuit virginē eximix pulchritudinis : percūctatusq; eam quem potissimū augurē consuleret . Illa audita causa cōsulendi gnara artif ex disciplina parentū regnuz ei portē di respōdit: polliceturq; se & matrimonii & spei sociam tam pulchra cōditio prima regni felicitas videbat̄ . post nuptias iter phrygas orta seditio est. cōsulentibus de fine discordiaz oracula respōderūt rege discordiis opus esse. Iterato quærētibus de persona regis: iubent̄ euz regem obseruare: quē reuersi primū in templū iouis euntem plastro repperissent: obuius illis gordius fuit: statimq; eū regem consalutāt. Ille plastrū : quo vehēti regnū delatum fuerat: ī templo iouis positus maiestati cōsecrauit regix. Post hūc filius Mida regnauit : q; ab Orpheo sacroz solennibus initiatus phrygiā religionibus impleuit : qbus tutior omni vita q̄ armis fuit. Igit̄ Alexander capta vr̄be cū in templū iouis uenisset: iugū plaustri requisit: quo exhibito cū capita loramentoz intra nodos abscondita reperire non posset: violentius oraculo vsus gladio loramēta cædit. atq; ita resolutis nexibus latentia ī nodis capita inuēit: hoc illi agenti nūciatur Dariū cum īgenti exercitu aduentare. Itaq; timēs angusti as magna celeritate tauz transcēdit. in qua festinatione quingēta stadia cursus fecit: cū tarsum uenisset captus cydni flumis amœnitate per medias urbem īfluentis p̄ iectis armis plenus pulueris ac sudoris ī præfrigidam nudū undam se picit . Tuz repente tātus neruos eius occupauit rigor: ut interclusa uoce nō spes modo remedii: sed nec dilatio piculi interueniret . Unus erat ex medicis nomine Philippus q; solus remediū polliceret̄ . sed & ipsum parmeniōis pridie a cappadocia missæ epistolæ



41

suspectū faciēbant : qui ignarus ifirmitatis Alexandri scripserat a Philippo medico vt caueret: nam corruptus illum a Dario ingenti pecunia esse : tutius tamen ratus dubiæ se fidei medici credere q̄ indubitato morbo perire. Accepto igit̄ poculo epistolas medico tradidit: atq; ita iter bibendū oculos in vultū legentis itendit. Vt secusq; conspexit lætior factus est : sanitatemque quarta die recepit. Igit̄ Darius cū .ccc. milibus peditū & centū milibus equitū in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostiū respectu paucitatis suæ Alexandrū. Sed interdū reputabat quantas res cum ista paucitate gessisset : quā totq; populos fudisset. Itaq; cū spes metum vinceret piculosius defferre bellus ratus : ne desperatio suis cresceret : circū vectus suos singulas gentes diuersa oratione alloqtur. Illyrios & thracas opum ac diuitiæ ostentatione gracos ueterū belloꝝ memoria æterniq; cū persis o diū accendebat. Macedones autem nūc europæ uictæ admonet: nūc asiæ expetitæ: nec inuentas illis toto orbe pares uires gloriat̄. Ceterū & laborū finem hūc & gloriæ cumulū fore: atq; inter hæc identidem consistere aciem iubet: ut hac mora consuescant oculis turbam hostiū sustinere: nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit. Quippe omissis ducum officiis ipse omnia circūire: singulos hortari: ueteris gloriæ persæq; imperiq; perpetuæ a diis immortalib⁹ datæ possessionis admōere. Post hæc præliū ingentib⁹ animis committit̄. In eo uterq; rex uulnerat̄: tam diu certamen anceps fuit: quoad fugeret darius. Exinde cædes persæq; secuta est. Cæsa sunt peditū sexaginta unū milia: eq̄tum decem milia: capta quadraginta milia. Ex macedonibus cecidere pedestres .c. xxx. eq̄tes: cl. in castris persæq; multū auri cæteraq; opum inuentū. Inter captiuos castrorū mater & uxor eademq;

foror & filia dux Darii fuere .ad quas uisendas hortā  
dasq; cū Alexander uenisset: cōspectis armatis inuicem  
se complexa uelut statim morituræ complorationē aedi  
derūt .Prouolutae deinde genibus Alexandri nō mortes  
sed .ut Darii corpus sepeliant :dilationem mortis depre  
cant .Motus tanta mulier pietate Alexander & Dariū  
uiuere dixit:& timētib; mortis metus dimisit: easq; ha  
beri & saluari ut reginas praecepit .filias quoq; nō sor  
didi<sup>9</sup> dignitate patris sperare matrimoniū iussit .post hęc  
opes Darii diuitia; q; apparatus contemplatus admirati  
one tantarum rerum capitur . Tunc praelium luxuriosa  
conuiuia & magnificentiaz epular; sectari: tūc berfanen  
captiuam diligere propter formæ pulcritudinem cœpit .  
A qua postea susceptū puerū Herculē uocauit .memor  
tamē adhuc darium uiuere parmenionē ad occupandas  
persicam classē: aliosq; amicos ad recipiendas asiæ ci  
uitates misit: quæ statim audita fama uictoriae ipsius da  
rii præfectus cū auri magno pondere tradentibus se in  
potestatem uictor; uenerunt . Tunc in syriaz p̄ficiscitur  
Vbi obuios cū infulis multos reges orientis habuit . Ex  
his p̄ meritis singulor; alios in societate recepit: aliis re  
gnum ademit :suffectis in locis eor; nouis regibus . In  
signis præter cæteros fuit Abartomius rex ab Alexādro  
sidoniae constitutus: quem Alexander cū operā oblocare  
**E**VMENES Vt Perdicam occisum: se vt hostem a macedonib⁹ iudicatū: bellumq; Antigono decretū cognouit :vltro ea militib⁹ suis indicauit: ne fama aut rem i maius extolleret: aut militū aīmos reꝝ nouitate terreret. simul vt an cōtra se animati essent cognosceret :sumptur⁹ cōsilū ex motu vniuersoꝝ: cōstanter tamen præfat⁹ est: si cui hæc terrori essent: habere eū dicēdi potestatem: qua

voce adeo cūctos in studiū partiū suarū iduxit :vt vltro  
illū omnes hortarent̃ . rescissurosq; se ferro decreta ma  
cedonū affirmarēt . tunc exercitu ī ætholias promotō : pe  
cunias ciuitatib⁹ imperat : recusantes dare hostiliter di  
ripit . Inde sardis profectus est ad Cleopatram sorores  
Alexandri magni : ut eius uoce cēturiones p̃cipalesq;  
confirmarent̃ : existimat⁹ ibi maiestatem regiam ueri  
ti : unde soror Alexandri staret . tanta ueneratio magni  
tudinis Alexandri erat : ut etiam per uestigia mulierum  
fauor sacraei eius noīs quæreret̃ . cū reuersus in castra  
esset : epistolæ totis castris abiectæ iueniunt̃ : qbus : us q;  
Eumēis caput ad Antigonū detulissent : magna p̃mia  
definiebātur . his cognitis Eumenes vocatis ad concionē  
militib⁹ primo gratias agit : q; nemo iuentus sit : qui spē  
cruēti p̃mii fidei sacramento antepōeret tamē deinde  
callide subnectit cōfictas a se has epistolas ad experiē  
dos suorū animos esse : cæterū salutem suam ī oīum pote  
state esse . nec Antigonū nec quenq; ducū sic uelle uice  
re : vt ille ī se exemplū pessimū statuatur . Hoc facto & in  
p̃senti labanti⁹ aīos deterruit : & ī futurū p̃uidet : vt  
siquid simile accidisset : nō se ab hoste corrumpi sed a du  
ce tentari milites arbitrarent̃ . omnes igit̃ operam suā  
certatim ad custodiam salutis eius offert . Interim Anti  
gōus cū exercitu superuēit : castrisq; positis postera die  
ī aciem procedit . Nec Eumenes moras p̃lio fecit . qui  
uict⁹ in mūtum quoddam castelū confugit : ubi cuz ui  
deret se fortūam obsidiōis subiturū : maiorem exercitus  
partem dimisit : ne aut cōsensu multitudinis hosti trade  
ret̃ : aut obsidio ipsa multitudine grauaret̃ . legatos deī  
de ad Antipatrū q; solus par Antigoni utrib⁹ uidebat̃  
supplices mittit a quo cū auxilia Eumenii missa antigo



55

nus didicisset: ab obsidione recessit. Erat quidem solutus ad tempus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat. omnia igitur circumspectanti optimum ius est: ad Alexandri magni argyraspidas iunctum exercitum & tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere: sed argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant: sordidam militiam sub alio post tanti regis memoriam existimantes. Itaque Eumenes blandimentis agere singulos suppliciter alloquitur nunc commilitones suos: nunc patronos appellat periculis & operibus orientaliū socios: nunc refugia salutis suæ & unica præsidia commemorat. solos esse quorum uirtute oriens sit domitus: solos qui militiam liberi patris qui Herculis monumenta superauerint: per hos Alexandri magnum factum: per hos diuinos honores & imortales gloriam consequutum: orat ut non tantum ducem sed quæ commilitones recipiant: unumque ex corpore suo esse uelint. Receptus hac lege paulatim imperium primum monendo singulos: mox quæ perperas facta erant blande corrigendo usurpat. nihil in castris sine illo agi: nihil administrari sine sollertia eius poterat. Ad postremum cum Antigonus uenire cum exercitu esset nunciatus: compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia contemnunt: hostium uirtute superantur. in eo prælio non gloriam tantum tot bellorum: uerum etiam cum coniugibus & liberis præmia longæ militiæ parta perdidierant. Sed & eumenes qui auctor cladis erat: nec aliam spem salutis reliquas habebat uictos hortabatur: nam & uirtute eos superiores fuisse affirmabat: quippe ab his quæque milia hostium caesa & si in bello perstent: ultro hostes pacem petituros: damna: quibus se putet uictos: duo milia mulierum & paucos infantes & seruitia esse: quæ melius vincendo possint reparare quam deserendo uictorias porro argyraspides neque fugam se tentatos

dicūt post damna matrimoniorū & post cōiuges amissas  
neq; bellū gesturos contra liberos suos. Vltroq; eū con  
uiciis agitant: q̄ se post tot annos emeritorū stipēdiōrū re  
deūtes domū cū præmiis tot belloꝝ ab ip̄a aīssiōe rurs⁹  
in nouaz militiā imensaq; bella reuocauerit: & a larib⁹  
quodāmodo suis: & ab ip̄o limite patriæ abductos ina  
nibus promissis deceperit: nūc quoq; amissis ōnibus fe  
licis militiæ quæstibus: ne victos quidem ī misera & iō  
pi senecta q̄scere sinat. Ignaris deīde ducibus cōfestis  
ad Antigonū legatos mittūt: petentes ut sua reddi iube  
at. Iis rediturū se pollicet: si Eumenes sibi tradant. q̄bus  
cognitis Eumenes cū paucis fugere tentauit: sed retra  
ctus desperatis reb⁹ cū concursus multitudis factus ef  
set: petit ut postremū sibi alloq; exercitū liberet. Iussus  
ab vniuersis dicere facto silentio laxatisq; viculis platā  
sicut erat cathænatus manū ostēdit: cernite milites inq̄t  
habitū atq; ornamenta ducis vestri: quæ nō hostiū q̄s  
q̄ imposuit: naz hoc etiam solatio foret: vos me ex victo  
re victū: vos me ex imperatore captiuū fecistis: quater  
ītra hūc ānum ī mea verba iure iurādo obstricti estis:  
& ista mitto (neq; enim miseros conuicia decēt) vnū o  
ro si propositōꝝ Antigoni in meo capite summa constitit  
inter vos me velitis mori: naz neq; illius īterest: quem  
admodū aut ubi cadam: si ego fuero ignomina mortis  
liberatus: hoc imperio soluo vos iure iurando: quo toti  
ens uos sacramento mihi deuouistis. Aut si ip̄os pudet  
rogāti uis adhibere: ferrū huc date & permitte: quod  
uos facturos pro imperatore iurastis: Imperatores pro  
uobis sine religione iuris iurandi facere. cuz nō obtine  
ret preces in iram uertit: ad uos ait deuota capita respi  
ciant diu peritiorū uindices talesq; uobis exitus dent:  
quales uos ducibus uestris dedistis. nempe uos idem.



paulo ante & Perdicæ sanguine estis aspersi: & i Antipa  
 trū eadem moliti: Ipsum deniq; Alexandrū si fas fuisset  
 eus mortali manu cadere iterempturi: quod maximum  
 erat seditionibus agitastis .ultima nūc ego perfidoꝝ ui  
 ctima: has uobis diras atq; inferias dico: ut iopes extor  
 resq; omne æuum i hoc castrēsi exilio agatis : deuorēt  
 que vos arma uestra: quibꝰ plures vestros q̄ hostiū du  
 ces absumpsistis .Plenus deide iræ custodes suos præce  
 dere ad Antigoni castra cœpit. sequit̄ exercitꝰ prodito  
 imperatore suo & ipse captiuus : triūphumq; de se ipso  
 ad uictoris castra ducit .omnia auspicia regis Alexātri  
 & tot belloꝝ palmas laureasq; vna secū uictori tradet̄  
 & ne qd deesset pompæ: elephāti quoq; & auxilia orien  
 talia subsequūtur: tanto pulchriora hæc Antigono q̄ ale  
 xādro tot uictoriæ fuerūt: ut cū ille orientes uicerit: hic  
 eos a qbus oriens uictꝰ fuerit superauerit .Igit̄ Antigo  
 nus domitores illos orbis exercitui suo diuidit redditis  
 quæ in uictoria ceperat .Eumenē uero uerecondia prio  
 ris amiciciæ i conspectu suū uenire prohibitum assigna  
 ri custodibus præcepit .Interea Erudice uxor Arydei re  
 gis: ut Polyperconta a græcia redire in Macedoniaz co  
 gnouit: & ab eo accersitam olimpiada muliebris æmulati  
 one percussa abutēs ualitudine uiri : cuiꝰ officia sibi ué  
 dicabat: scribit regis noie Polyperconti : Cassandro exer  
 citū tradat: in quem regni administrationē rex transtu  
 lerit: eadem & in Asiam Antigono per epistolas nūciat  
 quo beneficio deuinctꝰ Cassander nihil non ex arbitrio  
 muliebris audaciæ gessit .Deide profectus in Græciam  
 multis ciuitatibꝰ bellū infert: quazꝰ excidio ueluti uicío  
 incendio territi spartani urbem: quam semper armis n̄  
 muris defenderant: tū contra responsa fatozꝰ & ueteruz  
 maiorꝰ gloriam armis diffisi: muroꝝ præsidio includūt

tantū eos degenerauisse a maioribus: vt cū multis sæcu-  
lis mur<sup>9</sup> vrbis ciuiū uirtus fuerit: ciues saluos se forre  
nō existimauerit nisi ītra muros laterēt. Dū hæc agun-  
tur Cassandæ a Græcia turbat<sup>9</sup> Macedonia status do-  
mū reuocauit. Nanq; Olympias mater Alexandri magni  
regis cū ab Epiro ī Macedoniam prosequēte æacida re-  
ge molossoꝝ ueniret phibitq; finib<sup>9</sup> ab Eurydice & A-  
rideo rege cœpisset: seu memoria mariti seu magnitudi-  
ne filii: & idignitate rei moti macedōes ad Olympiada  
trāsire: cui<sup>9</sup> iussu & Eurydice & rex occidit: sex annis  
post Alexandæ potit<sup>9</sup> rēgno. Sed nec Olympias diu re-  
gnauit. Nā cū principū passim cædes muliebri magis q̄  
regio more fecisset: fauorem suū in odiū ueritt. Itaque  
audito Cassandri aduētū diffisa Macedonib<sup>9</sup> cū nuru-  
roxæ & nepote Hercule Pictuam urbem cōcessit. Profi-  
ciscenti Deidamia æacidæ regi filia & Thessalonice pri-  
uigna & ipsa clara Philippi patris noīe: multaq; alie  
principū matronæ speciosus magis q̄ uilis grex fuere  
comites. Hæc cū nūciata Cassandro essent statim citato  
cursu Pictuam uenit & urbem obsidiōe cixit. cū fame  
ferroq; urgeret Olympias lōgæ obsidionis tædio pacta  
salute uictori se tradidit. Sed cū Cassander ad concionē  
uocato populo sciscitatus qd de Olympiade fieri uellēt  
subornat parentes interfectoꝝ: q̄ sumpta lugubri ueste  
crudelitatem mulieris accusarent: a q̄bus accensi Mace-  
dones sine respectu pristinae maiestatis occidendā decer-  
nūt: immemores prorsus: quod per filiū eius uixq; nō  
solū uitas ipsi inter finitimos tutā habuissent: uer<sup>9</sup> etiā  
tantas opes imperiumq; orbis quæsisent. Sed Olympi-  
as ubi obstinatos uenire ad se armatos uidit: ueste rega-  
li duab<sup>9</sup> ancillis innixa ultro obuiam procedit: qua uisa  
percussores attoniti fortuna maiestatis prioris & tot in



eam memoriae occurrētibus regū suorū nominibus sub  
 stiterint :donec a Cassandro missi sunt q̄ eam cōfoderēt  
 nō refugentem gladiū :nec vulnera aut muliebriter uo  
 ciferantem :sed viroꝝ morte fortiū pro gloria veteris p̄  
 sapiæ morti succūbentem :vt Alexandꝝ posses etiaz mo  
 riente matre cōspicere. Insuper expirās capillis & veste  
 crura contexisse fert̄ : ne qd̄ posset ī corpore eius ideco  
 rum videri. Post hęc Cassander Thessalonicen regis A  
 ridei filiam vxorem ducit .Filiū Alexādri cū matre ī ar  
 cem amphipolitanam custodiendos mittit.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XV.

**P**ERDICA Et frater eius Alceta eumene ac  
 Polypercōte ceterisq; ducibus diuersæ par  
 tis occisis finitū certamen inter successores  
 Alexandri magni videbat̄ : cū repente iter  
 ipsos uictores nata discordia:quippe postulātibꝝ Ptole  
 mæo & Cassandro & Lysimacho:vt pecunia in præda ca  
 pta puinciarq; diuiderent̄ :Antigōus negauit se in eius  
 belli socios admissurū : in cuius periculū solus descende  
 rat:& vt honestū aduersus socios bellū suscipere uide  
 tur:diuulgat se olympiadis mortem a Cassandro iterfe  
 ctæ vlcisci uelle: & Alexandri regis sui filiū cum matre  
 obsidione āhipolitana liberare. His cognitis Ptolemae  
 us & Cassander inittā cū Lysimacho & seleuco societate  
 bellū terra mariq; enixe īstruebant. Tenebat Ptolemæus  
 ægyptū cuz Africæ parte maiore & Cypro & Phœnice .  
 Cassandro parabat macedonia cum Græcia. Asiā & par  
 tem orientis occupauerat Antigōus:cuius filius Deme  
 trius prima belli congressione a Ptolemæi apud calamā  
 uincitur . In quo prælio maior Ptolemæi moderationis

gloria: q̄ ipsius uictoria fuit .Siquides & amicos demetrii nō solum cum suis rebus dimisit: ueꝝ etiam additis isuper munerib⁹ honorauit:& ipsius Demetrii priuatū omne istrumentū ac familiam reddidit: adiecto honore uerboꝝ nō se propter prædam :sed propter dignitatem inisse bellū indignatum q̄ Antigonus deuictis diuersæ factionis ducib⁹ solus uictoriae commūis præmia corripuisset. Dū hæc agunt Cassander ab Apollonia rediens icidit in abderitas :q̄ propter ranarū murumq; multitudinem relicto patriæ solo sedes quærebant: uerit⁹ ne macedonias occuparent facta pactione i societate eos recepit agrosq; iis ultimis Macedoniae finib⁹ assignat. Deinde ne Hercules Alexandri filius: q̄ per annos xiiii. excesserat fauore paterni nominis i regnū macedoniae uocaret occidi eū tacite cū matre Barsene iubet. corporaq; eorū terra obrui: ne cades sepultura proderet .& quasi paꝝ facinoris i ipso primū rege: mox i matre eius Olympide ac filio admisisset :alterum quoq; filium cum matre Roxanae pari fraude interficit: sed quasi regnum Macedoniae: quod affectabat: aliter conseq̄ q̄ scelere nō possit Interea Ptolemæus cū Demetrio nauali prælio iterato cōgredit̄ : & amissa classe hostiq; cōcessa uictoria i ægyptū refugit :Demetrius filius Ptolemæi Leiticū & fratrem Menelaum amicosq; eius cum priuati instrumenti ministerio prouocatus pari atea munere ægyptus remittit:& ut apparet eos nō odii sed dignitatis gloria accensos donis muneribusq; iter ipsa bella cōtendebāt .Tāto hōestius tūc bella gerebātur: quanto nunc amicitia colunt̄ . Hac uictoria elatus Antigonus regem secum demetrio filio appellari a populo iubet .Ptolemæus quoq; ne minoris apud suos auctoritatis haberet̄ : rex ab exercitu cognomiatur :qbus auditis Cassander & Iysimach⁹



& ipsi regiam sibi maiestatem uendicauerunt. Huius honoris ornamentis tam diu omnes abstinerunt: quod diu filii regis sui superesse potuerunt. Tanta in illis uerecundia fuit: ut cum opes regias haberent: regum tamen nominibus aequo animo caruerint: quoad Alexandro iustus haeres fuit. Sed Ptolemæus & Cassander cæteri que factionis alii us duces cum carpi se singulos ab Antigono uiderent: dum priuatum singulorum non commone uniuersorum bellum ducunt: nec auxiliū ferre alter alteri uolunt: quasi uictoria unius non omnium foret: per epistolas se inuicem confirmantes: tempus locum coeundi condicunt: bellumque comibus viribus instruunt: cui cum Cassander interesse propter finitimū bellum non posset: Lysimachum cumigentibus copiis in auxiliū sociis mittit. Erat hic Lysimachus illustri quidem Macedonia loco natus: sed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior: quæ tanta in illo fuit: ut animi magnitudine philosophia ipsa uiriumque gloria omnes: per quos oriens domitus est: uicerit: quippe cum Alexander magnus Callisthem philosophum propter salutatiois: persicæ interpellatum mores: insidias: quæ sibi paratæ fuerat: consciū fuisse ratus fuisset: eumque truncatis crudeliter membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset: Insuper cum cane in cauea clausum ad metus cæterorum circumferret: tunc Lysimachus audire Callisthem & præcepta ab eo recipe uirtutis solitus: miseratū tantū uiri non culpæ sed libertatis poenas pendentis uenenū ei in remedium calamitatum dedit: quod adeo ægre Alexander tulit: ut obici ferocissimo leoni iuberet. Sed cum ad conspectum eius concitus leo impetum fecisset: manum manipulo inuolutas Lysimachus in os leonis immerisit: arreptaque lingua feras exanimauit: quod cum nūciatum regi esset: admiratio in satisfactionem cessit: carioresque eum propter

constātia tantæ uirtutis habuit .Lysimach⁹ quoq; ma-  
gno aīo regis ueluti parentis tulit contumelias .deniq;  
omni ex animo hui⁹ facti memoria exturbata :postea ī  
India īsecūtantī regi quosdam pallantes hostes cum a sa-  
tellitū turba eq; sui celeritate desertus esset :solus ei per  
īmensas arenas moles cursus comes fuit:quod idē an-  
tea Philippus frater ei⁹ cū facere uoluisset:iter manus  
regis expirauerat.Sed Lysimachū desiliēs equo Alesan-  
der hastæ cuspide ita ī fronte vulnerauit:ut sanguis ali-  
ter claudi nō possit:q̄ diadema sibi demptū rex alligādi  
vulneris causa capiti eius imponderet:quod auspiciū pri-  
mū regalis maiestatis Lysimacho fuit .Et post mortem  
Alexādri cū inter successores Alexādri puincia diuide-  
rent :ferocissimæ gentes quasi omniū fortissimo assigna-  
tæ sūt.Adeo etias cōsensu vniuersorū palmas uirtutis ī-  
ter cæteros tulit.Priusq̄ bellū inter Ptolemæus sociosq;  
ei⁹ aduersū Antigonū cōmitteret :repēte ex Asia maio-  
re digress⁹ Seleucus nou⁹ Antigono hostis accesserat.  
Hui⁹ quoq; & uirtus clara & origo admirabilis fuit .si-  
quēz mater ei⁹ laodice cū nupta esset Antiocho claro ī-  
ter Philippi duces uiro:uisa est sibi per q̄etem ex cōcu-  
bitu apolinis cōcepisse:gravidamq; factas mun⁹ concu-  
bit⁹ anulū a deo accepisse : cui⁹ gēma anchora sculpta  
esset.Iussaq; id donū filio:quem peperisset:dare admira-  
bilem fecit hūc uisum & anul⁹ q̄ postera die eiusdem  
sculpturæ ī lecto inuent⁹ est:& figura anchoræ:quæ in  
femore Seleuci nata cū ipso paruulo fuit.Quam ob rē  
laodice anulū Seleuco eūti cū Alexandro magno ad p-  
sicam militia edocto de origine sua dedit .Vbi post mor-  
tem Alexandri occupato regno orientis urbem condidit  
Ibiq; geminæ originis memorias consecrauit:nam & vr-  
bem ex Antiochi patris nomine antiochiam vocauit .&



campos vicinos vrbi Apollini dicauit: originis eius ar-  
 gumentū etiam posteris mansit. siquidem filii nepotesq;  
 eius Anchoram ī femore veluti notam generis natura-  
 lem habuere. Multa ī oriente post diuisionem iter soci-  
 os regni macedōici bella gessit. p̄cipio Babyloniam ce-  
 pit. Inde auctus ex victoriæ virib<sup>9</sup> Bactriāos expugnat  
 trāsītū deīde ī Indiam fecit: quæ post mortez Alexandri  
 veluti a ceruicib<sup>9</sup> iugo seruitutis excusso p̄fectos ei<sup>9</sup>  
 occiderat auctor libertatis sandrocott<sup>9</sup> fuerat: sed titu-  
 lū libertatis post victoriam ī seruitutes uerterat. siquē  
 occupato regno populū quem ab externa domiatiōe uē  
 dicauerat ipse seruitio premebat. Fuit hic q̄dem humili  
 genere nat<sup>9</sup>: sed ad regni potestatem maiestate numis  
 impulsus: quippe cū p̄cacitate sua Alexādrum regē of-  
 fendisset: īterfectū a rege iussus: salutem pedū celeritate  
 quæsierat: ex qua fatigatiōe cū somno capt<sup>9</sup> iaceret: leo  
 ingētis formæ ad dormientem accessit: sudoremq; pro-  
 fluētes lingua ei deterisit: exp̄gefactumq; blande reliquit  
 Hoc prodigio primū ad sp̄e regni impulsus contractis  
 latronib<sup>9</sup> Indos ad nouitatem regni sollicitauit. Moliē-  
 ti deīde bellū aduersus p̄fectos Alexandri elephant<sup>9</sup>  
 ferus īfinitæ magnitudis ultro se obtulit: & ueluti domi-  
 ta māsuētudine eus tergo exceptit: Duxq; belli & p̄lia-  
 tor īstignis fuit. Sic acq̄sito regno Sandrocottus ea tem-  
 pestate qua seleuc<sup>9</sup> futuræ magnitudis fūdamenta iaci-  
 ebat: Indiam possidebat: cū quo facta pactiōe seleuc<sup>9</sup>  
 compositisq; ī oriēte rebus in bellū Antigoni descendit  
 aduātis igit̄ omniū socioꝝ copiis p̄liū committit. In  
 eo Antigōus occidit. Demetrius filius ei<sup>9</sup> ī fugam uer-  
 tit. sed socii p̄fligato hostili bello denuo in semet ipsos  
 arma uertūt. & cū de p̄da nō cōueniunt: iteq; in duas  
 factiones deducuntur. seleucus Demetrio: Ptolemæus

Lysimacho iungit̃: Cassandro defũcto Philippus filius  
succedit, sic q̃si ex itegro noua Macedoia bella nascunt̃

IVSTINI HISTORICI LIBER .XVI.

**P**OST Cassandri regis filiiq; ei⁹ Philippi cō  
tinuas mortes Thessalonice regina vxor cas  
sandri nō magno post tempore ab antipatro  
filio cum vitam etiam per hubera materna  
deprecaret̃: occidit̃. causa parricidii fuit : q̃ post mortē  
mariti ī diuisione iter fratres regni p̃pensior fuisse Ale  
xandro videbat̃ : quod facinus eo graui⁹ oibus visum est  
quod nullū maternæ fraudis vestigiū fuit: q̃q̃ ī parrici  
dio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocina prætexi  
potest. ob hęc igit̃ Alexander in vltionē maternæ necis  
gestur⁹ cū fratre bellū auxiliū a Demetrio petit: nec de  
metrius spe iuadendi Macedonici regni moras fecit : cu  
ius aduentum verēs Lysimachus: persuadet genero suo  
Antipatro: vt malit cum fratre ī gratiam reuerti : q̃ pa  
ternū hostem ī macedoniam admitti. Inchoatam igitur  
iter fratres reconciliationē cuz præsensisset Demetrius  
per insidias Alexandrę iterfecit. Occupatoq; macedoniae  
regno cadem apud exercitū excusatur⁹ ī conciones uo  
cat. Ibi priorem se petitum ab Alexandro allegat: nec fe  
cisse se sed occupasse insidias . regem autes se macedoia  
vel atatis experimētus vī causis iustiorē esse. patrem eis  
suum & Philippo regi & Alexandro magno socius in oi  
militia fuisse. liberorū deide Alexandri ministrū: & ad p  
sequendos defectores ducem extitisse . contra Antipatrę  
auum horū adolescentium amariorem semp ministrum  
regni: q̃ ipsos reges fuisse. Cassandrę vērō patrē exticto  
rē regis domus : non foeminis non pueris pepcisse : ne



cessasse quoad omnem stirpē regīæ sobolis deleret. Horū  
 scelerum ultiones q̄a nequisset ab ipso Cassandro exige  
 re ad liberos eius translata. Quam ob rē etiaz Philip  
 pum & Alexandrū: quia si quis inanium sensus est: nō  
 interfectores suos ac stirpis suæ: Sed ultores eorū Mace  
 doniæ regnum tenere malle .p̄ hęc mitigato populo rex  
 Macedoniæ appellatur. Lysimachus quoq; cū bello Do  
 ricetis regis thracū præmeret̄ :ne eodē tēpore & aduer  
 sus Demetriū dimicare necesse haberet tradita ei alia  
 parte macedoniæ: quæ Antipatro ei⁹ genero euēiat pacē  
 euz eo fecit. Igitur demetrius totis macedoniæ regni vi  
 rib⁹ instructus cū Asiā occupare statuisset: iterato pto  
 lemæus Seleuchus & Lysimach⁹ expti priore certamie  
 quantæ vires essent concordī pacta societate adunatisq;  
 exercitib⁹ bellū aduersus Demetriū transferunt in eu  
 ropam .His comitem se & belli socium iungit Pyrrhus  
 rex epiro sperās non difficili⁹ Demetriū macedoniam  
 amittere posse quam acq̄sierat. nec spes frustra fuit: q̄p  
 pe exercitui eius corrupto ipsoq; ī fugam acto regnum  
 Macedoniæ occupat. Dū hęc agunt: Lysimachus ge  
 nerū suū Antipatrū regnū macedoniæ ademptū sibi so  
 ceri fraude querētes iter fecit: filiamq; suam Eurydicez  
 querelæ socias ī custodias tradit. Atq; ita vniuersa cas  
 sandri dom⁹ Alexādro magno seu necis ipsi⁹ seu stirpis  
 extinctæ pœnas partim cæde partiz supplicio luit. Deme  
 trius quoq; a tot exercitib⁹ circumuētus cū possit hone  
 ste mori turpiter se dedere Seleuco maluit .Finito bello  
 Ptolemæus cū magna reꝝ gestarū gloria morit̄ . Is con  
 tra ius gentiū minimū natu ex filio ante ifirmitates re  
 gnū tradiderat: eiusq; rei populo rōnem reddiderat: cu  
 ius nō mior fauor ī accipiēdo q̄ patris ī tradendo re  
 gnum fuerat .inter cætera patris & filii mutæ pietatis

exempla etiā ea res amorē parē populi iuueni concilia  
uerat. & pater regno ei publice tradito: priuatū officius  
regi iter satēlites fecerat: omniq; regno pulchri<sup>9</sup> regis  
esse patrē dixerat. Sed inter Lysimachū & Pyrrhum re  
gē socios paulo ante aduersus Demetritū assiduum: in  
ter pares discordia malū bellum mouerat. Victor Lysi  
machus pulso Pyrrho macedoniam occupauerat: Inde  
Thraciā ac deinceps heracleā bellus intulerat: cuius vr  
bis & initia & exitus mirabiles fuere: quippe Boetis pe  
stilētia laborantib<sup>9</sup> oraculū delphis responderat: coloni  
am ī ponti regione sacram Herculi conderēt: cū ppter  
metus longā & periculosa nauigatiōis mortem ī patri  
am omnibus prāoptatib<sup>9</sup> res omissa esset: bellū his pho  
censes itulerūt: quorū cum aduersa prālia paterent: ite  
rato ad oraculū decurrunt: responsū idem belli quod  
pestilentiae remediū fore. Igit cū scripta colonorū māu  
in metapontū delati urbem heracleam condiderunt: &  
quoniam fatorū auspiciis in eas sedes delati erant. Breui  
post tempore magnas opes parauere. multa deinde hu  
ius vrbis aduersus finitimos bella: multa etiā domesti  
cā dissensionis mala fuere. Inter cetera magnifica uel  
prācipue illud memorabile fuit: cum rerum potirentur  
athenienses victisq; persis Graeciā & Asiā tributū ī tu  
telam classis descripsissent: oibus cupide ad prāsidiū sa  
lutis suā cōferentib<sup>9</sup> soli heracienses ob amiciciā regū  
psicorū collationē abnuerāt. missus itaq; ab Athēnsib<sup>9</sup>  
Malachus cū exercitu ad extorquendū: quod negabat.  
dū relictis ī littore nauib<sup>9</sup> agros heraciensium populatur  
classē cū maiore parte exercit<sup>9</sup> naufragio repētinae tē  
pestatis amisit. Itaq; cū neq; mari posset amissis nauib<sup>9</sup>  
neq; terra auderet cū parua manu iter tot ferocissimas  
gentes reuerti. Heraclienses honestiorem beneficii q̄



vltionis occasionem rati : instructos com meatibus auxili  
 isq; dimittunt : bene agroꝝ suoꝝ populationes existimā  
 tes : si quos hostes habuerāt amicos reddidissent. passi sūt  
 iter plurima mala etiam tyrannidem : si quidem cū plebs  
 etiam nouas tabulas & diuisionē agroꝝ diuitū ipotentē  
 flagitarēt : diu re ī senatu tractata cū exitus rei nō inue  
 nirent : Ad postremū aduersus plebem nimio ocio lasci  
 uiētem auxilia a Timotheo atheniēsiū duce : mox ab epa  
 minōda thebanorꝝ petiuere. Vtrisq; negantibꝰ ad Clear  
 chū quem ipsi ī exiliū egerant : decurrūt. tanta calamita  
 tū necessitas fuit : vt cui patrias interdixerāt : eū ad tute  
 lam patriæ vocarēt. Sed Clearchꝰ exilio facinorosior red  
 ditus : & dissensionē populi occasionē inuadēdæ tyrrāni  
 dis existimans : primo tacite cū Mithridate ciuiū suoꝝ  
 hoste colloqitur : & iūta societate paciscit : vt reuocatꝰ in  
 patriam p̄dita ei vrbe præfectus eius constituerēt . Po  
 stea autem insidias : quas ciuibꝰ parauerat : ī ipsū Mithri  
 dates verterat. Nmaq; cū velut arbiter ciuilibꝰ discordiæ  
 de exilio reuersus esset : statuto tempore quo urbem Mi  
 thridati traderet : ipsum cum amicis suis cepit captumq;  
 accepta īgenti pecūia dimisit. Atq; vt ilio subitū se ex so  
 cio fecit hostē : sic ex defensore scātorix causæ : repēte pa  
 tronus plebis euasit : & aduersus auctores potentix suæ  
 a quibus reuocatꝰ in patriam : per quos in arce collocatus  
 fuerat : nō solū plebem accendit : verꝰ etias nefandissima  
 quæq; tyrannicæ crudelitatis exercuit . Igitꝰ populo ad  
 concionem vocato : neq; se affuturꝰ ampliꝰ grassanti ī po  
 pulū senatui ait : intercessurꝰ etiam si ī pristina saeuicia  
 p̄seueret . & si par esse crudelitati senatorꝝ arbitrarent  
 abiturꝰ cū militibꝰ suis neq; ciuilibꝰ discordiis iter futu  
 rū. Sin vero diffidant viribꝰ p̄priis vindicem se ciuiꝰ  
 non defuturꝰ : proinde consualnt sibi ipsi : iubeant abire

si malint: vel socius causae popularis remanere. his ver-  
bis sollicitata plebs summū ad eū imperiū defert. & dū  
senat<sup>9</sup> potētiae irascit in seruitutē se tyrannicae domina-  
tionis cū coniugib<sup>9</sup> & liberis tradit. Igit<sup>r</sup> Clearchus. lx.  
senatores comprēnsos (nas cæteri i fugas dilapsi erāt)  
i vincula compig<sup>it</sup>. latari plebs q<sup>a</sup> a duce potissimū sena-  
tor<sup>9</sup> senat<sup>9</sup> deleret. versaq<sup>ue</sup> vice auxilius eor<sup>9</sup> in exitium  
conuersum esset: q<sup>u</sup>bus dū mortem passim oibus minat<sup>9</sup>  
cariora eor<sup>9</sup> precia facit: siq<sup>u</sup>idē Clearchus magna pecunia  
q<sup>u</sup>si minis populi occulte eos subtractatus accepta spolia  
tos fortūis vita quoq<sup>ue</sup> spoliavit. cognito deide q<sup>u</sup> bellus  
sibi ab iis q<sup>u</sup> pfugerant misericordia i auxiliū sollicitatis  
ciuitatib<sup>9</sup> pararet: seruos eorū manumittit. & ne q<sup>u</sup>d in  
afflictis honestissimis domibus deesset: vxores eor<sup>9</sup> fili-  
asq<sup>ue</sup> nubere seruis suis præposita recusātib<sup>9</sup> morte com-  
pellit: vt eos sibi fidiore & domis ifestiores redderet.  
Sed matronis tā lugubres nuptiæ grauiore<sup>s</sup> repentinis  
funeribus fuere. Itaque multæ se ante nuptias: multæ  
i ipsis nuptiis occisis pri<sup>9</sup> nouis maritis iterficiūt: & se  
tam fūestis calamitatib<sup>9</sup> virtute igeni pudoris eripiūt  
præliū deinde committit: quo victor tyrannus captiuos  
Senatores in triumphi modum per ora ciuium trahit  
Reuersus i vrbem alios vicit. torquet alios: alios occidit  
null<sup>9</sup> locus vrbis a crudelitate tyrāni vacat. accedit scæ-  
uitie ifolentia: crudelitati arrogancia. Interdū eis ex suc-  
cessu contiux felicitatis obliuiscit se hominem. Interdū  
iouis filiū se dicit. eūti per publicum aurea aq<sup>u</sup>lea velut  
argumentus genrris præferebat: veste purpurea & co-  
thurnis regū tragicorū & aurea corona utebat. filium  
quoque suum Ceraunon uocat: ut deos non mendacio  
tantū: ue<sup>z</sup> etiam noibus illudat. Hæc illum facere duo  
nobilissimi iuuenes Chion & Leonides idignātes priam



liberaturi in necem tyranni conspirant: Erant hi discipuli Platoni Philosophi: qui uirtutem ad quam quottidie perfectis preceptis magistri erudiebantur: patriam exhibere cupientes quinquaginta cognatos ueluti clientes insidiis locant. Ipsi more iurgantium ad tyrannum ueluti ad regem in arcem contendunt: qui iure familiaritatis admissi: dum alterum priorem dicentem intentum audit tyrannus: ab altero occupatur. Sed ipsi sociis tardum auxilium ferentibus a facili libere obruunt quare factum est: ut tyrannus quidem occideretur: sed patria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem uia tyrannidem inuadit: multisque annis per gradum successiois heracleenses regnum tyrannorum fuisse.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XVII.

**P**ER Idem ferme tempore Helleponti & Chersonessi regionibus terramotus fuit maxime tantum urbs Lysimachus ante duos & viginti annos a Lysimaco condita euersa est: quod portenta dira Lysimaco stirpique eius ac ruinas regni cum clade uexatae regionum portendebant. nec ostentis fides defuit: nam breui post tempore Agathoclen filium suum: quem in successioem regni ordinauerat: per quem multa bella prospere gesserat non solum patrium uerum etiam humanum ultra mores posuit ministra Arsyrice nouerca ueneno interfecit. Haec illi prima mali labes: hoc initium pendens ruinae fuit. Nam parricidium principum secuta caedes sunt luentium supplicia: qui occisum iunem dolebant. Itaque & hi: qui exercitibus praerant: certatim ad Seleucum deficiebant eumque pronum iam ex aemulatione gloriae bellum Lysimaco inferre compellunt. Vltimum hoc certamen comilitonum Alexandri fuit. & uelut ad exemplum fortunae par reseruatum. ly

simach<sup>9</sup> quattuor & .lxx. annos natus erat. Seleuc<sup>9</sup> septem  
& .lxx. Sed in hac aetate utriusque animi iuueniles erant: impe-  
rii; cupiditatem insatiabilem gerebat. Quippe cum orbem  
terrae duo soli teneret: angustiis subiret inclusi uideba-  
tur: uitaeque finem non annorum spacio sed imperii terminis  
metiebantur. In eo bello Lysimach<sup>9</sup> amissis antea uariis  
casibus quoddecim liberis: non strenue moriens postremo do-  
mus suae cumulus accessit. laetus tanta victoria seleuc<sup>9</sup>  
& quod maius uictoria putabat: solum se de cohorte Ale-  
xandri mansisse: victoremque victorum extitisse: non humanum  
opus esse sed diuinum munus gloriatur: ignarus praesens non  
multum post fragilitatis humanae se ipsum exemplum futurum  
quod post menses admodum septem a Ptolemaeo: cuius soror  
res lysimachus in matrimonio habuerat: per insidias circum-  
uentus occidit. Regnumque Macedoniae: quod lysimacho  
eripuerat: cum uita pariter amittit. Igitur Ptolemaeus cum & in  
gratias memoriae magni Ptolemaei patris & in fauorem  
ultionis lysimachi ambitiosus ad populares esset: primo  
lysimachi filios conciliare sibi statuit: nuptiasque Arsinoe  
sororis suae matris eorum petit: puerosque adoptione promissa  
ut cum in locum eorum successisset: nihil illi moliri vel uerecun-  
dia matris: uel appellatione patris auderet. Fratris quoque  
regis aegypti concordias per epistolas deprecatur: professus  
deponere se offensas erepti paterni regni: neque amplius a  
fratre quaesiturum: quod honestum a paterno hoste prece-  
perit: omnique arte adulat Eumaei Antigono Demetrii filii  
Antiocho filio Seleuci: cum quibus bellum habitum erat: ne  
tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri  
omissus igens momentum futurum utriusque patri socius accessi-  
isset: quod & ipse spoliare singulos cupiens omnibus se parti-  
bus uendicabat. itaque Tarantini aduersus romanos latu-  
rus auxiliium ab Antigono naues ad exercitum deportandum



64

mutuo petit ab Antiocho pecūias:q opibus q̄ militibus  
īstructior erat. A Ptolemæo macedonū militū auxilia.  
sed Ptolemæus: cui nulla dilationis ex īfirmitate virius  
venta esset: quinq; milia peditū: eq̄tum q̄ttuor milia ele  
fantos. L. nō ampli⁹ q̄ in biēniū vsūm dedit. Ob hęc pyr  
rhus filia Ptolemæi ī matrimoniū accepta vindicem eū  
regni reliqt. Sed quonias ad epiri mentiones vētum est  
de origīe regni ei⁹ pauca narrāda sūt. Molosoꝝ primū  
ī ea regiōe regnū fuit. post Pyrrus achilis filius amissio  
p absentias troiāis tēporib⁹ patno regno ī his locis cōse  
dit: q̄ pyrrhidæ primo postea epirotæ dicti sūt. Sed pyr  
rhus cū ī templū dodonæi iouis ad cōsulendus venisset  
ibi Anasam neptes Hercules rapuit: ex cui⁹ matrimonio  
ocho libros sustulit. Ex his nō nullas virgines nuptu fi  
nitimis regibus tradit: opesq; finitimis regib⁹ tradit: o  
pesq; affinitatū auxilio magnas parauit. Atq; ita Hele  
no filio priami regis ob idustrias singulares vaticinan  
di regnū chaonū & Andromacham Hectoris: quam &  
ipse matrimonio suo ī diuisiones troianæ prædæ accepat  
vxores reddidit. Breuiq; post tempore delphis īfidiis O  
restæ filii Agamenōis iter altaria dei interiit. successor  
huic piales filius fuit. per ordines deide regnum ad arif  
baz descēdit: cui quonias pupillus & vnicus ex gēte no  
bili superesset: itentione omniū cura seruādi eius educā  
diq; publice tutores cōstituunt: athēas quoq; erūdiēdi  
gratia missus: q̄nto doctior maioribus suis tāto & grati  
or populo fuit. Primus itaq; & leges & senatū ānuosq;  
magistratus & rei. p. formā composuit: & vt a Pyrrho  
sedes sic vita cultior populo ab arisba statuta. huius fi  
lius Neoptolemeus fuit: ex quo nata est Olympias ma  
ter alexātri magni: & alexāder qui post eū regnū Epiri  
tenuit: & ī Italia bello gesto ī Brutis interiit. Post eius

mortez frater æacides regno successit : q̄ assiduis aduersus Macedōas belloꝝ certamibus populū fatigādo offēsam ciuiū cōtraxit. ac propterea ī exiliū actus Pyrrhus filiū biniū admodū paruulū ī regno reliqt: q̄ & ipse cū a populo propter odiū patris ad neces quæreret : furtis subtractus in Illyrios defert̄: tarditusq; est beroe Glau ci regis vxori nutriendus: quæ & ipsa generis æacidaꝝ erat. Ibi eū seu misericordia fortūæ eius: seu ifantilibus blandimentis inductus rex aduersum Cassandrū macedōtæ regem q̄ eū belli cōminatione deposcebat diu protexit: addito ī auxilio etiam adoptiōis officio: q̄bus rebꝯ moti epirotæ odio ī misericordiam verso ānoꝝ .xi. eū ī regnū reuocauerūt: datis tutoribꝯ q̄ regnū vsq; adultæ eius ætatem tuerent̄. Adolescēs deide multa bella gessit tantusq; rerū successus haberi cœptꝯ est : vt tarentinos solus aduersus romanos tueri posse videret̄.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .XVIII.

**I**GITVR Pyrrhus rex epiro cū iterata Tarentinoꝝ legatione additis s̄nitiū & lucanoꝝ precibus & ipsis auxilio aduersus romanos indigētibus fatigaret̄: nō tam supplicū precibus q̄ spe īvadendi Italiæ imperii iductus venturꝯ se cū exercitu pollicet̄. In quam rez iclinatū semel animū præcipites agere cœperāt exempla maioroꝝ ne aut iferior patruo suo Alexādno videret̄: quo defensore iidem Tarentini aduersꝯ brutios vsi fuerant: aut miores animos magno Alexandro habuisse : q̄ tā longa a domo militiam orientem subegit. igitur relicto custode regni filio Ptolemæo annos .xv. nato exercitum ī portu tarentio exponit: duobus paruulis filiis Alexādno & Heleno ī solatia



longiqua secū expeditionis adductis : cui⁹ audito adue  
tu consul romanus Valeri⁹ Leuinus festinans vt prius  
cū eo congregeret : q̄ auxilia socioꝝ cōuenirēt : exercitū  
ī aciem deducit . nec rex tam&si nūero militū inferior es  
set certamini moras fecit . Sed Romanos videntes iam in  
vilitata ante elephantōꝝ forma stupere primo : mox cede  
re praelio coegit victoresq; iam noua macedonū mōstra  
repētē vicerūt . nec hostib⁹ incruenta victoria fuit : nā  
& ipse pyrrus grauiter vulnerat⁹ est : & magna pars mi  
litū eius caesa : maioremq; gloriam eius victoriæ q̄ lati  
ciam habuit . Huius pugnae euentū multae ciuitates se  
cutæ Pyrrho se tradunt . Inter caeteros etiam locri pro  
dito praesidio Romano ad Pyrrhū deficiūt . ex ea praeda  
Pyrrhus . cc. captiuos milites gratis romas remisit : ut co  
gnita virtute ei⁹ romani cognoscerēt etiam liberalitates  
Interiectis deinde dieb⁹ cū socioꝝ exercitus supuenisset  
iterato praeliū cum romanis facit : ī quo par fortuna prio  
ri bello fuit . Interea Mago dux carthaginiensium ī auxi  
liū Romanōꝝ cū . cxx. nauib⁹ missus senatū adiit : aegre  
tulisse carthaginienses affirmās . q̄ bellū ī italia a peregri  
no rege paterent . ob quam causam missū se vt quonias  
externo hoste oppugnarent externis auxiliis iuuarent  
gratiae a senatu carthaginiensibus actae auxiliaq; remis  
sa . Sed Mago pūico īgenio post paucos dies tacitus q̄si  
pacificator carthaginiensium Pyrrhus adiit speculaturus  
cōsilia ei⁹ de sicilia : quo euz accersi fama erat . Nam ro  
manis eadem causa mittendi auxilia carthaginiensib⁹ fu  
erat : vt romano bello ne ī Sicilia Pyrrhus transire pos  
set : ī italia detineret . Dū hęc aguntur legatus a senatu  
romano Fabrici⁹ luscinius missus paces cū Pyrrho com  
posuit : ad quam confirmandam Cineas Romas cū igē  
tibus a Pyrrho donis missus : neminem cuius domus

muneribus pateret: inuenit. Huic cōtinentiæ romanorū  
simile exemplū iisdem ferme temporib⁹ fuit. Nam mis-  
sa a senatu ægyptus legatione cū ingentia sibi a Ptole-  
mæo rege missa munera spreuissent: iteriectis dieb⁹ ad  
cœnam iuitatis aureæ coronæ missæ sūt: quas illi hono-  
ris causa receptas postera die statuis regis iposuerunt.  
Igit̃ Cineas cū turbatam cū romanis pacem ab Appio  
Claudio renūciasset: iterrogat⁹ a Pyrrho qualis roma  
esset: respondit regū urbem sibi visam. Post hæc legati  
siculorū superueniunt: tradētes Pyrrho toti⁹ isulæ impi-  
um quæ assiduis carthaginensib⁹ bellis vexebat̃. Itaq;  
relicto locris Alexandro filio: firmatisq; ciuitatibus uali-  
do praesidio i Siciliam exercitū traiecit. Et quoniam ad  
carthaginensiu mentionem ventum est: de origie eorū  
pauca dicenda sunt: repetitis tyriorum paulo altius re-  
bus quorū casus etiam dolendi fuerāt. Tyriorū gens cō-  
dita a phœnicib⁹ fuit: q; terræmotu vexati relicto patriæ  
solo assyriū stagnū primo: mox mari pximū littus inco-  
luerūt: cōdita ibi vrbe quā a pisciū hubertate sidona ap-  
pellauerūt, nam pisces phœnices sidon uocat. Post mul-  
tos deide ānos a rege aschalomorū expugnati nauib⁹ ap-  
puli tyron vrbes ante ānum troiæ cladis cōdiderūt. ibi  
persarū bellis diu variæq; fatigati victores qdem fuere:  
sed attritis virib⁹ a seruis suis multitudie abūdantib⁹  
idigna supplicia perpeffi sūt. q; conspuratione facta oēm  
liberū populuz cū dominis iterficiūt: atq; ita potiti vrbe  
lares dominorū occupāt: rem. p. iuadūt: coniuges ducūt  
& quod ipsi nō erāt liberos procreāt: vnus ex tot milib⁹  
seruorū fuit: q; mitti i genio senis domini paruuliq; filii  
eius fortūa moueret: dominosq; nō truci feritate truci-  
dauit: sed pia misericordia ac humanitate respexit. Itaq;  
cuz velut occisos alienasset: seruisq; de statu reipublice

Anno ante chr̃m xj. 1247.



deliberantibus placuisset regem ex suo corpore creari :  
 eumq; potissimū quasi acceptissimū diis:q; solem orien  
 tem primus vidisset :rem ad Stratonē (hoc eis ei nomē  
 erat) dominus occulte latentem detulit:ab eo formatus  
 cū medio noctis omnes ī vnū campū processissent :cate  
 ris ī orientes spectantibꝰ solus occidētis regiōem intue  
 bat .id primū aliis videri furor ī occidentem solis ortū  
 quærere. Vbi uero dies aduentare cœpit æditissimisq;ue  
 culminibus urbis oriens splendere expectantibus aliis  
 ut ipsus solem aspicerent:hic primus omnibus fulgorē  
 solis ī summo fastigio ciuitatis ostendit:nō seruilis īge  
 nii ratio uisa :regr̄ entibusq; auctorem de domino cōfi  
 tet̄ .tūc intellectū est quantus īgenua seruilibus īgenia  
 præstarēt:maliciaq; seruos nō sapiētia uicere. Igit̄ uēia  
 seni filioq; data est :& velut nūine quodam reseruos  
 arbitantes regem Stratonem creauerūt .post cuiꝰ mor  
 tem regnū ad filiū ac deīde ad nepotes transit .Celebre  
 hoc seruorꝰ facinus metuendūq; exēplum toto orbe ter  
 rarꝰ fuit .Itaq; Alexander magnꝰ cū īteriecto tēpore in  
 oriēte bellū gereret uelut vltor publicæ securitatis expu  
 gnata eorꝰ vrbe oēs:q; prælio supfuerāt:ob memoriā ve  
 teris cædis crucibꝰ affixit .genus tantū Stratōis īuola  
 tū seruauit .regnūq; stirpi eiꝰ restituit:īnoxiiis & icolis  
 īsulæ & īgēuis attributis:vt extirpato seruili germie ge  
 nus vrbis ex ītegro conderet̄ .Hoc igit̄ modo tyrii Ale  
 xādri auspiciis cōditi parsimōia & labore quærēdi cito  
 cōualuere .Ante cladem dominorū cū & opibꝰ & multi  
 tudīe abūdarent :missa ī Africam iuuetute Vticas cōdi  
 dere :cū īteris rex tyro decedit filio Pygmaliōe & Elisa  
 filia & īsignis formæ virgine heredibꝰ īstitutis .Sed po  
 pulꝰ Pygmalioni ad modū puero regnus tradidit .Elisa  
 quoq; Sichæo auūculo suo sacerdoti Herculis:q; honos

secūduſ a rege erat: nupſit. huic magnæ ſed diſſimulate  
opes erāt: aurumq; metu regis nō tectis ſed terræ credi  
derat: quā rem & ſi hoīes ignorabāt: fama tamen loque  
bat: qua incenſus Pygmalion oblit<sup>9</sup> iuris hūani auun  
culū ſuū eūdemq; generæ ſuuz ſine reſpectu pietatis oc  
cidit. Elifa diu fratres propter ſcel<sup>9</sup> aduerſata ad poſtre  
mū diſſimulato odio mitigatoq; iterim uultu fugam ta  
cite molit: aſſumptisq; q̄buſdaſ p̄cipibus ī ſocietates  
q̄bus par odiū in regem eſſe: eādēmq; fugiēdi cupidita  
arbitrabat: tūt: fratrē dolo aggredit: fingit ſe ad eum  
migrare uelle: ne ampli<sup>9</sup> ei mariti domus cupidæ obliui  
ōis grauem luēt<sup>9</sup> imagies renouaret: ne ue ultra ama  
ra admōitio oculis ei<sup>9</sup> occurrat. Non iuitus Pygmalio  
uerba ſororis audiuit: exiſtimās cū ea & aux Sichæi ad  
ſe uētuz. Sed Elifa miniſtros migratiōis a rege miſſos  
nauib<sup>9</sup> cū opibus ſuis prima veſpa imponit. prouecta  
que ī altū compellit: eos onera harenæ p̄ pecūia inuolu  
crib<sup>9</sup> iuoluta ī mare deiicere. tūc deſſēs ipſa lugubriq;  
uoce Hiabaz exorat: ut libēs opes ſuas recipiat: q̄s reli  
querat: habeatq; iferias: q̄s habuerat cauſa mortis. tūc  
ipſos miſtros aggredit. ſibi q̄des ait optatas oli mortes  
ſed illis acerbos cruciat<sup>9</sup> & dira ſupplicia iminere: q̄ Si  
chæi opes: quarū ſpe parricidiū rex fecerit: auariciæ ty  
ranni ſubtraxerint hoc metu omnibus iniccto comites  
fugæ accepit. Iūgun<sup>9</sup> & ſenatoz in ea nocte præparata  
agmīa: atq; ita ſacris Herchulis: cui<sup>9</sup> ſacerdos Sichæ<sup>9</sup>  
fuerat: repetitis exilio ſedes quærūt: Primus illis appul  
ſus terræ Cypr<sup>9</sup> inſula fuit: ubi ſacerdos iouis cū cōiu  
ge & liberis dei monitu comitem ſe Eliſſæ ſociumq; for  
tūæ offert. pact<sup>9</sup> ſibi poſterisq; perpetuū honores ſacer  
dotii: conditio pro manifeſto omine accepta. mos erat cy  
pris uirgines ante nuptias ſtatutis dieb<sup>9</sup> dotalē pecūias



quæsituras i quæstû ad littus maris mittere: pro reliqua  
 pudicicia libamenta veneri solutâs. Harû igitur ex nûe  
 ro. lxxx. admodû virgîes rapi & nauib<sup>9</sup> imponi Elîsa iu  
 bet: vt & Iuuentus matrimoia :& vrbs sobolem habere  
 possit. Dû hæc agunt : Pygmalion cognita sororis fuga  
 cû impio bello fugientem persequi pararet : ægre preci  
 bus matris & deorû minis victus qeuit: cui cû inspirati  
 vates canerent nō ipune laturû: si incrementa urbis toto  
 orbe auspiciatissimæ interpellasset. & hoc mō spatiû respi  
 rãdi fugiētib<sup>9</sup> datû. itaq; Elîsa delata i africæ finibus i  
 colas loci eius aduentu peregrinorû mutuarûq; rerû cō  
 mercio gaudentes in amiciciam sollicitat .deinde empto  
 loco q corio bouis tegi possit: in quo fessos lōga nauiga  
 tione : quoad proficisceret: reficere posset: corium in tēu  
 issimas partes secari iubet : atq; ita maius loci spacium  
 q̄ petierat: occupat. vnde postea ei loco byrsæ nomē fuit  
 Confluentib<sup>9</sup> deinde vicinis locorû: q̄ spe lucri multa ho  
 spitibus vānalia iferebāt: sedesq; statuentib<sup>9</sup> ex frequē  
 tia hominū velut instar ciuitatis effectū est . Vticensiu  
 quoq; legati dona vt consanguineis attulerūt: hortatiq;  
 sūt: vt urbem conderēt: vbi sedes sortiti essent. Sed & a  
 fros detiendi aduenas amor cœpit . Itaq; cōsentientib<sup>9</sup>  
 omnib<sup>9</sup> Carthago cōdit<sup>9</sup>: statuto ānuo vectigali pro solō  
 urbis . In primis fūdamentis caput bubalū iuentū est:  
 quod auspiciū qdem fructuosæ terræ: sed laboriosæ per  
 petuoq; seruæ urbis fuit: propter quod in alium locum  
 urbs trāslata . Ibi quoq; caput equi repertū bellicosum  
 potētemq; populū futurû significās vrbi auspiciatam se  
 dem dedit. Tūc ad optionē nouæ urbis cōcurētib<sup>9</sup> gen  
 tibus breui & popul<sup>9</sup> & ciuitas magna facta . Cū succes  
 su reû florentes Carthagis opes essent : rex mauritāorû  
 Hiarbas decem pœnorû principib<sup>9</sup> ad se accersitis Elîsæ

*Anno ante arii xxi. 468.*

nuptias sub belli denūciatiōe petit : quod legati reginæ  
referre metuentes: pūico cū ea ingenio egerūt: nūcian  
tes regem aliquem poscere q̄ cultiores mores victusq;  
euz afrosq; perdoceat: sed quenq; inueniri non posse q̄  
ad barbaros & ferarū more viuentes transire a consan  
guineis uelit. Tūc a regīa castigati: si pro salute patriæ  
asperiores uitam recusarēt cui etiaz ipsa uita si res exi  
gat debeat regis mandata apuere dicētes: quæ præcipi  
at alius ipsi facienda esse: si uelit urbi cosultū esse. Hoc  
dolo capta diu Sichæi viri nomine cū multis lachrymis  
& lamentatione flebili inuocato ad postremū ituram se  
quo sua & vrbis fata uocarēt respōdit. In hoc triū men  
siū sumpto spatio pyra ī vltima parte vrbis extructa ue  
lut placatura viri manes inferiasq; atē nuptias missura  
multas hostias cædit : & sumpto gladio pyras conscēdit  
Atq; ita ad populū respiciēs itām se ad virū: sicut præce  
pat: dixit: uitamq; gladio finiuit. q̄ diu Carthago iuicta  
fuit pro dea culta est: Conditā est urbs hæc. lxxii. annis  
ante q̄ roma: cui<sup>9</sup> uirtus sicut bello clara fuit: ita domi  
stat<sup>9</sup> uariis discordiæ casib<sup>9</sup> agitatus est: cū inter cae  
tera mala etiam peste laborarent: cruēta sacrorū religio  
ne & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines ut  
uictiās imolabāt : & impuberes: quæ ætas etiam hostiū  
misericiordiaz prouocat: aris admoueant: pacem deorū sā  
guīe eorū exposcentes: pro quorū vita dii rogari maxime  
solent. Itaq; aduersis tanto scelere nūinib<sup>9</sup> cum ī Sicilia  
diu infeliciter dimicassent : translato in sardiniam bello  
amissa maiore exercit<sup>9</sup> parte graui prælio victi sūt: pro  
pter quod duces suū Machæū: cuius auspiciis & Sicilia  
partem domuerant: & aduers<sup>9</sup> afros magnas res gesse  
rant cū parte exercit<sup>9</sup>: quæ superfuerat: exulare iusserūt  
quam rem ægre ferentes milites legatos C arthaginem

Anno ante arē xpī. 466.



mittunt q̄ reditū primo uentamq; infelicis militiæ pe-  
 tant denūcient: quod precibus nequeant armis se conse-  
 cutos. Cū preces & minæ legatorū spretæ essent: interie-  
 ctis dieb⁹ conscensis nauib⁹ armati ad urbem veniūt:  
 ibi deos hominesq; testati nō se expugnatū sed recupa-  
 tū patriam venire: ostensurosq; ciuib⁹ suis non uirtutes  
 sibi priore bello sed fortūas defuisse. Prohibitis comme-  
 atib⁹: obsessaq; vrbe in sūmas desperationes Carthagi-  
 neses adduxerūt. Interea Cartalo Machæi ducis exulis  
 filius: cuz præter castra patris a tyro: quo decimas Her-  
 culis ferre ex præda siciliensi: quas pater eius ceperat: a  
 carthagine sib⁹ missus fuerat: reuerteret: accersitusq;  
 a patre esset: publicæ se p̄us religionis officia executurū  
 q̄ p̄uatæ pietatis respondit: quā rem & si ægre ferret pa-  
 ter: nō tamen uis afferre religiōi ausus est. Interiectis  
 deide dieb⁹ Cartalo petito commeatu a populo cū reuer-  
 sus ad patrem esset: ornatusq; purpura & ifulis sacerdo-  
 tiū omniū se oculis ingereret: Tū in secreto pater addu-  
 ctō ait. ausus ne es nefandissimus caput ista purpura  
 & auro ornat⁹ in conspectū tot miserorū ciuiū venire:  
 & mæsta ac lugentia castra circūfluentib⁹ getæ felicita-  
 tis insignib⁹ velut exultabūdus intrare! Nusq̄ ne te a-  
 liis iactare potuisti! Null⁹ locus aptior q̄ sordes patris  
 & exilii infelicis arūnae fuerūt! Quid & paulo ante uo-  
 cat⁹: non dico patrem ducē certe ciuiū tuorū supbe spre-  
 uisti! Et qd porro tu in purpuram istam coronisq; aliud  
 & victoriarū mearū titulos geris! Quoniam igit tu in  
 patrem nihil nisi exulis nomen agnoscis: ego quoq; im-  
 peratorem me magis q̄ patrem indicabo: statuamq; in  
 te exemplū: neq; posthac infelicib⁹ miseris patris illu-  
 dat: atq; ita cū ornatu suo in altissimam crucē in conspe-  
 ctu urbis affigi iussit. Post paucos deinde dies Carthagi

nem capit: euocatoq; populo ad contionem exiliū iniurias  
querit: belli necessitatem excusat cōtemptusq; victoria  
rū suarū pūitis auctorib<sup>9</sup> miserorū ciuiū iniuriosi exiliū  
omnib<sup>9</sup> se veniam dare dicit. Atq; ita decem senatorib<sup>9</sup>  
interfectis urbem legib<sup>9</sup> suis reddidit. Nec multo post tē  
pore affectati regni accusat<sup>9</sup> duplicis & in filio parrici  
dii & ī patria pœnas dedit. Huic mago imperator suc  
cessit: cuius industria & opes Carthaginensium & imperii  
fines & bellicæ gloriæ laudes creuerūt.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER .XVIII.

**M**AGO Carthaginensium imperator cū pri  
mus omniū ordinata disciplina militari im  
perii pœnarū cōdidisset: viresq; ciuitatis nō  
min<sup>9</sup> bellandi arte q̄ virtute firmasset: defū  
gitur: relictis duobus filiis Hasdrubale & Hamilcare  
q̄ per vestigia paternæ virtutis decurreret sicuti generi  
ita & magnitudini patris successerit. Iis ducib<sup>9</sup> sardinia  
bellū illatus: aduersus afros quoq; vestigal pro solo vr  
bis multorū annorū repetentes dimicatū: sed afroꝝ sicuti  
causa iustior: ita & fortūa superior fuit: bellumq; cū his  
 ī oracula patet .Ex quo frigidus spiritus ī quodā uelut  
 vento ī sublime expulsus mentes vatū ī vācordiā vertit  
 impletasq; deo respōsa cōsulentib⁹ dare coegit. Multa ī-  
 git ibi & opulēta regū populorumq; visunt munera:  
 quæq; magnificētia sui reddētiū vota gratas volūtatē  
 & deorū respōsa manifestāt. Igit Brēnus cū ī conspectu  
 haberet templū diu deliberauit: an cōfestim rem aggre-  
 deret: an vero fessis uia militibus noctis spatiū ad resu-  
 mēdas uires daret. Eurydāus & Thessalon⁹ duces q̄ se  
 ad præde societate iūxerāt: amputari moras iubet: dū im-  
 parati hostes & recēs aduent⁹ sui terrori esse t. Intiecta  
 nocte & animos hostib⁹ forsita & auxilia accessura: & vi-  
 as quæ tūc pateāt obstructū iri .Sed gallorū uulgus ex  
 longa iopia ubi p̄muſ uino cæterisq; cōmeatib⁹ referta  
 rura iuenit: nō mīus abūdantia q̄ uictoria lætum per a-  
 gros se sparserat: desertisq; signis ad occupanda omnia  
 p̄ victoribus uagabant: quæ res dilatōez delphis dedit

Prima nanq; opintiōe aduentus galloꝝ p̄hibiti agrestes  
a gr̄cis oraculis messes uinaq; uillis efferre: cui⁹ rei sa  
lutare p̄ceptū nō p̄us it̄lectus est: q̄ uini c̄terarūq;  
copiaꝝ abūdantia uelut mora gallis abiecta auxilia fini  
timorū conuenere. Pri⁹ itaq; urbem suam Delphi aucti  
uiribus sociorū p̄muniuere: q̄ galli uino uelut p̄æde in  
cūbantes ad signa reuocarentur. Habebat Brēnus lecta  
ex omni exercitu peditū. lxx. milia delphorū sociorūque  
nō nisi. iiii. milia militū erāt: quorū cōtemptu brenn⁹ ad  
acuēdos suorū animos p̄ædæ hubertates omnib⁹ ostēde  
bat: statuasq; cū q̄drigis: q̄ruz igens copia p̄cul uiseba  
tur: solido auro fusas esse. Plusq; ī pōdere q̄ ī specie ha  
bere p̄ædæ affirmabat. Hac asseueratiōe icitati galli si  
mī & hesternō mero saucii sine respectu piculoꝝ ī bellū  
ruebāt. Contra delphi plus ī deo q̄ ī uirib⁹ spē ponētes  
cū contemptu hostiū resistebāt: scādētesq; gallos e sum  
mo mōtis vertice partiz saxiz partim armis obruebant  
In hoc partiū certamie repēte vniuersorū temploꝝ anti  
stites simul & ipsi uates sparsis crinib⁹ cū īsignibus atq;  
īfulis pauidi uacordesue ī p̄maz pugnatiū aciem p̄cur  
rūt: aduenisse deus clamāt: eumq; se uidisse desilentem  
ī templū p̄ culmis apta fastigia. Dū oēs opē dei suppli  
cī implorāt: iuuenes supra humanū modū insigni pul  
chritudis comitesq; ei duas armatas virgias ex propin  
qs duab⁹ dianæ mīerūq; aedib⁹ occurrisse: nec oculis  
tantū hęc se p̄spexisse: audisse etiam stridores arcus ac  
strepitū armorū. Proinde ne cūctarent diis ante signa/  
nis hostē cædere: & victoriæ deorū socios se adiūgere sū  
mis obsecrationib⁹ monebant: q̄bus uocibus icensi oēs  
certatiz in p̄æliū p̄siliūt. Præsentias dei & ipsi statī sen  
sere. Nā & trā motu portio montis abrupta galloꝝ stra  
uit exercitum: & confertissimi cūei non sine uulneribus



hostiū dissipati ruebant Insecuta deīde tēpestas ē: quae grandie & fulgure faucios ex vulneribus absūpsit. Dux ipse Brēnus cū dolores uulnez ferre nō posset; pugioē uitam finiuit . Alter ex ducibus pūitis belli auctoribus cū decē milibus socioꝝ citato agmine a graecia excedit Sed nec fortūa fugiētibꝰ cōmodior fuit. Siqꝫez pauidis nulla sub tectis acta nox: nullus sine labore & periculo dies: assidui imbres & gelu nix concreta & fames & lasitudo :& super hāc maximū peruigiliae malū miseris infelicis belli reliqꝫas obterrebāt. Gētes quoqꝫ natiōesqꝫ per qꝫs iter habebāt gaudentes uelut praedaz spectabāt Quo pacto euenit: ut nemo ex tanto exercitu: qꝫ paulo ā te fiducia uiriū etiaz deos cōtēnebant: uelut ad memoriāz tantae cladis superesset.

ITSTINI HISTORICI LIBER .XXV.

**I** NTER duos reges Antigonū & Antiochū statuta pace: cū ī macedoniam Antigōus reuerteret : nouꝰ eidē repēte hostis exortus ē Quippe galli qꝫ a Brēno duce cū ī grācias p̄ficiscerēt a terminos gentis tuēdos relictī fuerant: ne soli desides viderentꝰ: peditū .xv. milia: eqꝫum tria milia armauerāt : fugatisqꝫ getarū tribalorumqꝫ copiis macedoniae imminentes legatos ad reges miserūt: qꝫ pacē vanales offerrēt: simul & regis castra specularētur : quos Antigonꝰ pꝰ regali mūificētia īgenti apparatu epularū ad coenas iuitauit. Sed galli expositū grāde auri argētiqꝫe pōdus admirātes : atqꝫ praedae hubertate sollicitati īfestiores qꝫ venerāt reuertuntꝰ . qꝫbus elephātes ad terrorem uelut īusitatas barbaris formas rex ostēdi iusserat : naues oustas copiis demōstrari: ignarꝰ qꝫ qꝫbus ostētatiōe

virium metus se iniicere existimabat: eorū animos v̄t ad o-  
pimam prædā sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi :  
omnia in mai⁹ extollētes opes parit̄ & negligētias regis  
ostēdunt: referta auro & argento castra esse : & neque  
vallo fossa ve mūita: & q̄si satis munimētū in diuitiis ha-  
berēt: ita eos omnia officia militaria itermisisse . prorsus  
q̄si ferri auxilio nō indigerēt : quonias abundarēt auro  
Hac relatione auidæ gētis animi satis ad prædas icitabā-  
tur. Accedebat tū exēplus Belgī: q̄ non magno ante t̄p̄e  
macedonum exercitū cū rege trucidauerat . Itaq; cōsen-  
tiētibus oibus nocte castra regis agrediunt̄ : q̄ præsentī  
ētes tantæ tēpestatē signū pridie dederant : vt omnib⁹  
reb⁹ ablatis ī proximā siluaz tacti se occultarēt. Neque  
aliter seruata castra: q̄ deserta sunt siqdem galli vbi oīa  
vacātia nec sine defensorib⁹ modo veꝝ etiaz sine custo-  
dib⁹ uidēt: nō fugaz hostiū sed dolū arbitrātes diu itra-  
re portas timuerūt. Ad postremū itegris & intactis mu-  
nimentis scrutātes potius q̄ diripiētes castra occupaue-  
rūt . Tūc ablatis q̄ iuenerāt ad littus cōuertunt̄. Ibi dū  
naues icauti⁹ diripiūt a remigib⁹ & ab exercitus parte  
quæ eo cū cōiugib⁹ & liberis cōfugerant: nihil tale me-  
tuētes trucidant̄: tantaq; cædes galloꝝ fuit : vt Antigo-  
no pacē hui⁹ victoriæ opinio nō a gallis tantū veꝝ eti-  
az a finitimoz feritate præstiterit: q̄q̄ galloꝝ ea tēpesta-  
te tantæ fœcūditatis iuuēt⁹ fuit: vt asiam omnes velut e-  
xamie aliquo implerēt . Deniq; neque reges oriētis sine  
mercenario galloꝝ exercitu vlla bella gesserint: neq; pulsi  
regno ad alios q̄ ad gallos cōfugerit: Tant⁹ t̄ror gallici  
nomis siue armorum iuncta felicitas erat: vt aliter neq;  
maiestatē suaz tutā: neq; amissas recuperare se posse sine  
gallica virtute arbitrarent̄ . Itaq; in auxiliū a bithynie  
rege iuocati: regnū cū eo facta uictoria diuiserūt: easq;



84

regione gallograeciam cognominauerunt. Dū haec i asia  
gerunt interim i sicilia Pyrrhus a poenis nauali praelio  
uictus ab Antigono macedoniae rege supplementū mili  
tū per legatos petit. denūciās ni mittat redire se i regnū  
neesse habere : incremēta rerū quā de romāis uoluerit  
de ipso quaesitur. Quod ubi negatū legati rettulerunt  
dissimulatis causis repētina fingit profectiōne. Sociof  
iterim parare bellum iubet: & arcis tarētinae custodiam  
Helēo filio & amico miloni tradit. Reuersus: i Epirū sta  
tim fines macedoniae iuadit: cui Antigonus cū exercitu  
occurrit: uictusq; praelio i fugā vertit. Atq; ita Pyrrh<sup>9</sup>  
macedōiam i deditiōne accepit : & veluti damna amissae  
siciliae italiae q; acq; sito macedōiae regno pēsasset: relictus  
Tarētī filiū & amicū accersit. Antigon<sup>9</sup> autē cū paucis  
eq; tibus fugae comitib<sup>9</sup> repēte fortūae ornamentis desti  
tutus : amissi regni speculatus euent<sup>9</sup> thessalonicam se  
recepit: vt ide cuz cōducta galloz mercenaria manu bel  
lū repararet. Rursus a Ptolemaeo Pyrrhi filio funditus  
uict<sup>9</sup>: cum septē comitibus fugiēs nō recupandi regni  
spē: sed salutis latebras ac fugae solitudines captat. igit<sup>9</sup>  
Pyrrh<sup>9</sup> in tanto fastigio regni collocat<sup>9</sup> : iam nec eo ad  
quod uotis pueniendū fuerat content<sup>9</sup> graeciae Asiae q;  
regna meditat. neq; illi maior ex impio q̄ ex bello uolu  
ptas erat: nec quisq; Pyrrhū q̄ tulisset impetū : sustinere  
valuit. sed ut ad deuincēda regna iuict<sup>9</sup> habebat ita de  
uictis acq; sitisq; celerit̄ carebat. tanto meli<sup>9</sup> studebat ac  
qrere impia q̄ retinere. Itaq; cū copias Cherroneso trās  
posuisset: legationib<sup>9</sup> Athēiensiu & achiuorū messeniōz  
que excipit. Sed & graecia omnis admirationem nomis  
eius simul & rez aduers<sup>9</sup> romanos poenosq; gestaz at  
toniti aduētū eius spectabāt. Primū illi bellus aduersus  
spartaos fuit : ubi maiore mulierum q̄ uirorum virtute

excipiūt . Tunc ptolemæū filiū & exercitus partē robustif  
simas misit : quippe oppugnātū vrbes ad tutelam patriæ  
tanta multitudo fœminarū concurrat : vt n̄ fortis uictus  
q̄ uerecūd⁹ recederet . Porro Ptolemæū filiū eius adeo  
strenuū & manu fortē fuisse tradūt ut urbem Corcyrā  
cū sexagesimo cepit : idem prælio nauali triremē ex sca  
pha cū septimo insiluerit : captamq; tēuerit . In oppugna  
tione quoq; spartanorū usq; in mediam urbē cū equo p  
currerit : ibiq; concursu multitudis iterfectus sit : cuius  
corp⁹ ut relatū patri dixisse Pyrrhū ferūt : aliq̄nto tardi  
us eū q̄ timuerit ipse vel temeritas ei⁹ meruerit occisū  
esse . Repulsus a spartais Pyrrhus argos petit : ibi dū an  
tigonū i vrbe clausum expugnare conat̄ iter confertissi  
mos violētissime dimicans saxo de muris iactato occidit̄  
caput eius Antigono refert̄ : q̄ victoria mitius vsus filiū  
ei⁹ Helenū cū epirotis sibi deditū i regnū dimisit : eiq; i  
sepulti patris ossa i patriam referēda tradidit . satis con  
stans iter oēs auctores fama est : nullū nec ei⁹ nec sup̄  
oris ætatis reges comparandū Pyrrho fuisse : raroq; in  
ter reges tantū : ueq; etiaz iter illustres uiros aū uitæ sã  
ctioris : aut iustitiæ pbatoris uisū fuisse . Scientiaz cer  
te rei militaris i illo uiro tãtam fuisse : ut Lysimacho De  
metrio Antigono cuz tantis regibus bella gesserit : inui  
ctus semp extitit . Illiriorū quoq; romanorūq; & Cartha  
giensiuū bellis nunq̄ inferior : plærunq; etiam victor exti  
terit : q̄ patriam certe suam angustas ignobilemq; famã  
rerum gestarum & claritate nominis sui toto orbe illu  
strem reddiderit .

*Ann. av. 272.*

IVSTINI HISTORICI LIBER .XXVI.



**P**OST Mortes Pyrrhi nō ī macedōia tantum  
 uerus etias ī asia græciaq; magni bellorum  
 motus fuere. Nam & Peloponensii per p̄di  
 tiones Antigono traditi : & uariante hoīnū  
 partim dolore partī gaudio: prout singulæ ciuitates aut  
 auxilium de Pyrrho sperauerāt aū metus sustinuerant  
 ita aut cū Antigono societate iūgebant. aū mutuis inter  
 se odiis ī bellū ruebant. Inter hūc turbataꝝ puinciarū  
 motū Epiroz; quoq; vrbs ab Aristotimo p̄ncipe p̄ tyrā  
 nidem occupatur: a quo cū multi ex primioribus occisi:  
 p̄res ī exiliū acti essent: ætolis p̄ legatos postulantibus  
 vt coniuges liber osq; exulū redderet: primo negauit: po  
 stea q̄si pœniteret p̄ficiscēdi ad suos oibus matronis po  
 testatem dedit: diemq; p̄fectionis statuit. Illæ q̄si in per  
 petuū cū uiris exulaturæ p̄tiosissima quæq; auferentes:  
 cū ad portam q̄si vno agmie profectē cōuenissent oibꝰ  
 rebus expoliatae ī carcere recludunt̄: occisis p̄us in gre  
 miis matrū paruulis liberis uirginibusq; ad stupꝝ dire  
 ptis. Hanc taz sæuas dominationes stupentibꝰ omnibus  
 p̄nceps eoz; Helematus senex & liberis orbus: vt q̄ nec  
 ætatis nec pignoz; respectū timeret conuocatos domi fi  
 dissimos amicoꝝ ī uindictaz patriæ hortat̄ cū cantibꝰ p̄  
 uato periculo publicū finire: & deliberandi spatiū postu  
 lantibꝰ accersitis seruis iubet obserari fores: tyrānoque  
 nūciari mitteret: q̄ coniuratos apud se compræhenderet  
 obiectans sigulis se qa liberandæ patriæ auctor esse nō  
 possit desertæ ultores futuz;. Tūc illi ancipiti piculo cir  
 cunuenti honestiorē uitam eligentes coniurant ī tyrāni  
 neces : atq; ita Aristotimus q̄nto postq̄ tyrānidem occu  
 pauerat mēse opprimīt. Interea Antigonoꝝ cuz m̄suplici  
 bello & Ptolemæi regis sptanoꝝ p̄meret̄ nouusq; illi ho  
 stis gallogræciae exercitꝰ afluxisset ī speciem castrorum

parua manu aduersus ceteros relicta aduersus gallos totis viribus proficiscitur: Quibus cognitis galli cum & ipsi se praelio pararent in auspicia pugnae hostias caedunt: quorum extis cum magna caedes interitusque omnium praediceretur non in timorem sed in furorem versi sperantesque deorum minas expiari caede suorum posse coniuges & liberos suos trucidant: auspicia belli a parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat: ut non parcerent aetati: cui etiam hostes pepercissent: bellumque interne ciuium & natalium cum liberis liberorumque matribus gererent: pro quibus bella suscipi solent. Ita quasi scelere vitam uictoriaeque redemissent: sicut erant cruciati ex recenti suorum caede in praelium non meliore euentu quam omine proficiscuntur: Si quidem pugnae prius parricidiorum furiae quam hostes circumuenire obseruantibusque ante oculos manibus interemptorum omnes occisione caesi: Tanta strages fuit ut diu pariter cum hominibus confestim in excidium parricidarum viderentur. Post huius pugnae euentum Ptolemaeus & spartanus victorem hostium exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoque ubi eorum discessum videt recenti adhuc ex priorum uictoria militum ardore bellum Atheniensibus infert: in quo cum occupatus esset interim Alexander rex epiro ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens fines macedoniae depopulat: aduersus quem cum reuersus a graecia Antigonus esset transiitione militum destitutus regnum macedoniae cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum absente patre reparato exercitu non solum amissam macedoniam recepit: uerum etiam Epiro regno Alexandrum spoliat: tanta uel mobilitas militum uel fortunae uarietas erat: ut uicissim reges nunc exules nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum exul ad arcadas confugisset: non minore Epirotarum desiderio quam sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus rex cyrenarum



86

Agas decedit: qui ante infirmitatē Beronice unicam fili-  
am ad finiēda cum Ptolemæo fratre certamina filio eius  
desponderat. Sed post mortem Antigoni regis mater uir-  
ginis arsinoe ut inuita se contractū mairimoniū solue-  
ret: misit: qui ad nuptias uirginis regnumq; cyrenarum  
Demetrium fratrem regis Antigoni a macedonia accersere  
ret: q; & ipse ex filia Ptolemæi pcreatus erat. Sed nec De-  
metrius moram fecit. Itaq; cum secundante veto celeriter cyre-  
nas aduolasset: fiducia pulchritudinis: q; nimis placere so-  
cruī cœpat: statim a principio superbus regis familiarum mi-  
litibusq; impotens erat: studiumq; placendi a uirgine in ma-  
trē cōtulerat. quæ res spectata primo uirgini deinde popula-  
ribus militibusq; iuisa fuit. Itaq; uersis omnium animis in  
Ptolemæi filium insidiam Demetrio comparantur: q; cum in le-  
ctum socri concessisset: percussores imittunt. Sed Arsinoe  
audita uoce filie ad fores stantis & præcipientis: ut matri  
parceret: adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo in-  
fecto Beronice & stupra matris salua pietate uita est: & in  
matrimonio sortiendo iudicium patris secuta.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER XXVII.

**M**ORTVO Syriæ rege Antiocho cum in locum  
eius filius secutus successisset: hortante ma-  
tre Laodice quæ ihibere debuerat auspicia  
regni a parricidio cœpit. Quippe Beronicæ  
nouercam suas sorores Ptolemæi regis ægypti cum par-  
uulo fratre ex ea suscepto interficit: quo faciore perpetrato  
& infamiae maculas subiit: & Ptolemæi bello se implicuit.  
Porro Beronice cum ad se interficiendam missos dedidisset:  
patris se claudit. Vbi cum obsideri a se cum paruulo filio nu-  
tiatione ciuitatibus a se esset: recordatione paternæ maiorumq;

dignitatis ei<sup>9</sup> & casum tam indignæ fortūæ miserâtes auxilia ei oēs misere. frater quoq; Ptolemæus piculo sororis excitus relicto regno cū oibus virib<sup>9</sup> aduolat. Sed beronice ante aduētum auxilioꝝ cū ui expugnari n̄ poss& dolo circumuēta trucidat̄. Indigna res omnib<sup>9</sup> visa. Itaq; cū vniuersæ ciuitates : quæ defecerant : ingētē classes cōparassēt : repēte exēplo crudelitatis exētrix simul & in vltionē eius : quam defensuri erant : Ptolemæo se tradunt qui nisi ī ægyptum domestica seditione reuocatus esset : totū regnū Seleuci occupasset. Tantū vel illi odiū parricidiale uel huic fauorē idigne interemptæ mors sororis attulerat. Post diceßū Ptolemæi Seleucus cuz aduersus ciuitates : quæ defecerāt : igētem classem cōparasset : repēte veluti diis ipsis parricidium vindicantib<sup>9</sup> orta tempestate classem naufragio amittit : nec qcq̄ illi ex tāto apparatu præter nudū corpus & spiritū & paucos naufragii comites residuos fortūa fecit . Misera q̄des res sed optāda Seleuco fuit : si q̄dem ciuitates : quæ odio ei<sup>9</sup> ad Ptolemæū transferāt velut diis arbitris satisfactus sibi esset : repētina animoꝝ mutatione in naufragii misericordiam versæ impio se ei<sup>9</sup> restituit̄ . Læt<sup>9</sup> igit̄ malis suis & dānis ditior reddit<sup>9</sup> velut par virib<sup>9</sup> bellū Ptolemæo ifert sed q̄si ad ludibriū tantū fortunæ nat<sup>9</sup> esset : nec propter aliud opes regni recepisset q̄ vt amitteret vict<sup>9</sup> praelio non mīto q̄ post naufragiū comitator trepid<sup>9</sup> in Antiochiam confugit . Inde ad Antiochū fratres litteras fecit : quibus auxiliū eius īplorat̄ : oblata ei asia iter fines tauri mōtis ī præmiū latæ opis : Antioch<sup>9</sup> aut̄ cum esset annos .xiiii. natus supra ætatē regni auidus occasione nō tam pio animo q̄ offerebat̄ arripuit . sed latronis more totū fratri eripe cupiēs puer sceleratam virilemq; sumit audaciam : Vnde hic ferox est cognominatus : qa non hoīs



sed accipitris ritu i alienis eripiendis vitam sectaret. In  
 terea Ptolemæus cū audisset regem Antiochū i auxiliū  
 Seleuco venire: ne cū duob<sup>9</sup> uno tēpore dimicaret i ānos  
 .x. cū seleuco pacē facit sed pax ab hoste data iterpellat<sup>r</sup>  
 a fr̄e: q<sup>o</sup> cōducto galloꝝ mercēario exercitu p<sup>o</sup> auxilio bel  
 lū p<sup>o</sup> fr̄e hostē se iploratus exhibuit. In eo p<sup>o</sup>elio virtute  
 gallorum victor q<sup>o</sup>dem Antiochus fuit. sed galli arbitra  
 tes seleucum i p<sup>o</sup>elio cecidisse i ipsum Antiochū arma  
 uertūt: liberi<sup>9</sup> depopulatū asiā si oēs stirpē regiā extixif  
 sent. Quod vbi sensit Antiochus velut a p<sup>o</sup>edonibus au  
 ro se redemit: societatemq; cū mercenariis suis iungit :  
 Interea rex Bithyniæ Eumenes sparsis consūptisq; fra  
 trib<sup>9</sup> bello itestina discordiæ q̄si uagantē asiæ possessio  
 nē iuasur<sup>9</sup> victorē Antiochū gallosq; aggredit. nec dif  
 ficile faucios adhuc ex superiore congressiōe integer ipse  
 virib<sup>9</sup> supat: ea namq; tēpestare oīa bella i exitū asiæ ge  
 rebant: vti q̄sq; fortior fuisset asiā velut p<sup>o</sup>edā occupa  
 bat. seleuc<sup>9</sup> & Antiochus fratres bellū p<sup>o</sup>pter Asias gere  
 bant. Ptolemæus rex aegypti sub specie sororiæ vltionis  
 asiæ ihiabat. Hic Bithyn<sup>9</sup> Eumenes: ide galli humilior  
 semp mercēnarii manus Asiam depopulabant. Cū inte  
 rea nemo defensor asiæ iter tot p<sup>o</sup>edones inuēiebat: ui  
 cto Antiocho cū Eumenes maiorē partē asiæ occupasset  
 ne tūc q<sup>o</sup>des fratres p<sup>o</sup>dito p<sup>o</sup>raemio: p<sup>o</sup>pter quod bellum  
 gerebāt cōcordare potuerūt . sed oīssō extno hoste i mu  
 tuū exitū bellū reparant. In eo Antioch<sup>9</sup> denuo uictus  
 mltorū dieꝝ fuga fatigat<sup>9</sup> tandē ad socerū suū artamenē  
 regē cappadociae p<sup>o</sup>uehit: a quo cū primū benigne sus  
 cept<sup>9</sup> esset iteriectis dieb<sup>9</sup> cognito q<sup>o</sup> sibi insidiae para  
 rētur: salutē fuga quaesuit . Igitur cū profugo nusq; lo  
 cus tut<sup>9</sup> esset: ad Ptolemaeū hostē cuius fidem tutiorem  
 q̄ fratris existimabat: decurrit memor vī quae factur<sup>9</sup>

fratri eēt: vñ quae meruisset a fratre. Sed Ptolemaeus n̄  
tam amicus ei deditus q̄ hostis factus seruari eū arctis-  
sima custodia iubet: Hic quoq; Antiochus opa cuiusdā  
meretricis adiutus: quā familiarius agnouerat deceptus  
custodibus labit: fugiensq; a latronibus iterficiť. Seleu-  
cus quoq; iisdem ferme diebus amisso regno equo prā-  
cipitatus finit. sic fratres q̄si & germanis casibus exles  
ambo post regna scelez suoz poenas luerūt.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER XXVIII.

**O**LYMPIAS Pyrrhi epirotæ regis filia amif-  
so marito eodemq; germão fratre Alexandro  
cū tutelaz filioz ex eo susceptorū Pyrrhi &  
Ptolemæi regniq; administrationē ipsa rece-  
pisset: ab ætolis partē acharnaniæ: quam ī portiones bel-  
li pater pupillorum acceperat: eripere volentibus ad re-  
gē macedoiæ Demetritū decurrit: eiq; habēti vxorē An-  
tiochi regis syriæ sororē filiam suaz Phythiam ī mati-  
moniū tradidit: vt auxiliū quod misericordia n̄ poterat  
iure cognatiōis obtineret. Fuit igit̄ nuptiæ: qbus & no-  
ui matrimonii gratia acqrit: & vetis offensa contrahit̄  
Nā p̄or vxor uelut matrimonio pulsa spōte sua ad fratrem  
Antiochū discedit: eumq; ī mariti bellū īpellit. Acharna-  
nes quoq; diffisi epirotis aduersus ætolos auxiliū roma-  
noz implorātes obtinuerūt a Romano senatū vt legati  
mitterētur. q̄ denūciarent ætolis præsidia ab urbibus  
acharnaniæ deducerēt: paterētq; eē liberos: q̄ soli quō-  
dam aduersus Troianos auctores originis suæ auxilia  
græcis non miserūt. Sed ætoli legationē romanorū sup-  
be audierūt: pœnos illis & gallos: a qb̄ tot bellis occisi  
oē sint caesi exprobantes: dicentesque prius illis portas



aduersus Carthaginenses apientias: quos clausit metus  
 pūici belli: quā ī grācias arma trāsferēda. Meminisse deī  
 de iubēt: quibus minētur aduersus gallos urbē suam eos tu  
 eri nō potuisse: captamq; nō ferro defēdisse sed auro re  
 demisse. Quā gentē se aliq̄nto maiori manu grāciam in  
 gressas nō solū ext̄nis virib; sed ne domesticis q̄dem te  
 ctis adiutos vniuersas delesse: sedemq; sepulchris eorū  
 prābuisse. quā illi virib; impioq; suo prāposuerāt: con  
 tra italiā trepidis ex recētī urbis suae icendio Romanis v  
 niuersā ferme a gallis occupatā. Prius igit̄ illos gallos i  
 talia pellēdos quā minent̄ aetolis: priusq; sua defendēda quā  
 aliēa defendi appetēda. Quos aut̄ hoīnes Romanos esse  
 nēpe pastores: quā latrocinio iustis dominis ademptū solū  
 teneant: quā vxoris cū ppter origis dehonestamēta nec in  
 uēirēt: vi publica rapuerit: quā deniq; urbē suam pricidio  
 cōdiderit: muroq; fundamēta fraterno sanguine aspsē  
 rit. Aetolos aut̄ principes grāciae semp̄ fuisse & sicut di  
 gnitate ita & virtute ceteris prāstitisse solos. Deniq; eē  
 quā macedōas impio terrarū florētes semp̄ contēpserit: quā  
 Philippū regē nō timuerit: quā Alexandri magni post p̄sas  
 idosq; deuictos cum oēs noīe ei; horrerent: edicta spre  
 uerit. Monere igit̄ se Romanos contētī sit fortūa prāse  
 ti: nec puocēt arma: quibus & gallos cætos & macedōas cō  
 tēptos videāt. Sic dimissa legatiōe Romāorū ne forti; lo  
 cuti quā fecisse viderent̄ fines Epiri regni Acarnaniæ de  
 populant̄. Ias Olympias filis regna tradiderat: & ī locū  
 Pyrrhi fratris defūcti Ptolemæ; successerat. quā cū hosti  
 b; instructo exercitu obui; p̄cessisset: īfirmitate corrept;  
 ī itinere decedit. Olympias quoq; non magno post tēpo  
 re gēino funes; vulnere afflicta agrū spiritū trahēs non  
 diu filis supuixit. Cuz ex gēte regia sola Nereis uirgo  
 cū Laudomia sorore supessēt: Nereis nubit gelōi siciliæ

regis filio: Laudomia autē cū ī arā dianæ cōfugisset con-  
cursu populi īterficit: quod facin<sup>9</sup> dii imortales assidue  
clabibus gētis & prope īteritu toti<sup>9</sup> populi vīdicauerūt  
Nam sterilitatē famemq; passi: & intestina discordia ue-  
xati: extnis ad postremū bellis pœne cōsumpti sūt. Nilo-  
que Laudomiæ p̄cussor ī furores versus nūc ferro nūc  
saxo ī summa dētib<sup>9</sup> laceratis viscerib<sup>9</sup> .xii. die interit  
Iis ī Epiro gestis īterim ī macedōia Demetrius rex reli-  
cto filio Pilippo puulo admodū decedit. Cui Antigonuf  
tutor dat<sup>9</sup> accepta ī matrimonū matre pupili regem se  
cōstituere laborat. Iutiecto deīde tēpore cū seditiōe mi-  
naci macedonū claus<sup>9</sup> ī regia teneret: ī publicū sine sa-  
tellitib<sup>9</sup> p̄cedit: p̄iectoq; ī vulg<sup>9</sup> diadēmate ac purpura  
dare hęc eos altī iubet: q; aut impare illis sciat: aut cui  
parere ipsi sciāt. Sed adhuc iuidiosū illud regnū nō uo-  
luptatib<sup>9</sup> sed laborib<sup>9</sup> ac p̄iculis sētire cōmemorat. deīde  
beneficia sua: vt defectōnes socioꝝ uīdicauerit: vt darda-  
nos thessalosq; exultantes morte demetrii regis compē-  
sauerit: vt deniq; dignitatē macedonū nō solū defēderit  
verꝫ etiaz auxerit. Quoz si illos pœniteat depōere impi-  
um & reddere illis mun<sup>9</sup> suum: q; regem quærant: cui  
impent. cū popul<sup>9</sup> pudore motus recipe eum regnū iu-  
beret: taz diu recusauit donec seditiōis auctores suppli-  
cio traderent. Post hęc bellū spartanis īfert: q; soli Phi-  
lippi Alexandriq; bellis & imperiū macedonus & oibus  
metuēda arma contempserunt. Inter duas nobilissimas  
gentes bellū sūmis vtrīq; viribus fuit. Cū hi pro vete-  
re macedonū gloria illi nō solū pro illibata libertate: sed  
etiam pro salute certarent: victi lacedæmonii: nō ipsi tā-  
tum sed etiam coniuges liberiq; magno animo fortūas  
tulere. Nemo quippe ī acie salutē pepercit: nulla amissū  
coniugem fleuit. Filiorum mortē senes laudabāt parib<sup>9</sup>



87

ī acie cæsis filie gratulabant̃ .Suā uicem oēs dolebant :  
q̃ nō ipsi pro patriæ libertate decidissent .Parentes oēs  
domib⁹ saucios excipiebant uulneratos curabant lapsos  
reficiebant .Inter hæc nullus ī urbe strepitus nulla tre  
pidatio magis omnes publicam q̃ priuatam fortūam lu  
gebant . Inter hæc Deomenes rex post multas hostium  
cædes toto corde suo pariter & hostium cruore madens  
superuenit ingressusq; urbem nō humi consedit :nō ci  
bum aut potū poposcit non deniq; armor; onus deposuit  
sed acclius parieti cū quattuor milia sola ex pugna sup  
fuisse conspexisset: hortat̃ ut se ad meliora reipublice tē  
pora reseruarēt: tamē cū coniuge & liberis ægyptus ad  
Ptolemæus pficiscit̃ .a quo honorifice susceptus diu ī sū  
ma dignitate regis vixit .Postremo post Ptolemæi mor  
tes a filio ei⁹ cū omni familia iterficit̃ .Antigon⁹ aut̃ cæ  
sis occisiōe spartāis fortūam tantæ vrbis miserat⁹ a dire  
ptiōe milites p̃hibuit :veniamq; his q; supfuerāt dedit  
Præfat⁹ bellū se cū cleomene nō cū spartanis habuisse.  
cui⁹ fuga oīs ira ei⁹ finita sit:nec mīori sibi gloriæ fore  
si ab eo seruata lacedæmōia:quo solo capta sit p̃deretur  
Parcere igit̃ se solo vrbis ac tectis:quoniā hoīes qbus  
parceret nō supfuissent.Nec mīto post ipse decedit :re  
gnumq; Philippo annos.xiiii.nato tradidit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER XXVIII.

**I**SDEM Ferme tēporibus p̃pe vniuersi or  
bis impia noua regū succelliōe mutata sūt  
Nā ī macedonia Philippus mortuo Antigo  
no tutore eodemq; vitrico .xiiii.annorum re  
gnū suscepit:& ī asia inter secto Seluco impubes adhuc  
rex Antiochus cōstitutus est.Capadociæ regnū quoque

Hariarathi puero admodum pater ipse tradiderit : aegyptū patre ac matre interfectis occupauerat Ptolemæ<sup>9</sup> cui ex facioris crimine cognomēto Philopater ex contrario fuit . Sed spartani ī locū Cleomēis suffecerūt Lycurgū . Et neq̄ tēporibus mutatio deesset apud Carthaginē aetate adhuc inmatūra dux annibal constitut<sup>9</sup> : non pēuria senioꝝ sed odio romanoꝝ : quo imbutū eū a pueritia sciebant : Fatale nō tam romanis q̄ ipsi Africæ malū . his regibus pueris licet nulli senioris aetatis rectores erant tamē ī suoꝝ quibusq; maioruz vestigia intentis magna indoles uirtutis emicuit . Ptolemaeus scelestus sicut in occupando Regno ita & segnis in administrando fuit Philippum dardani cæterique finitimi populi : quibus uelut immortale odium cum Macedonum regibus erat contemptu aetatis assidue laceſſebant : contra ille summoſ hostib<sup>9</sup> nō contētus sua defēdiſſe : etiā aetolis belluz īferre geſtiebat : quæ agitātem illū Demetri<sup>9</sup> rex illyriorū nup̄ a paulo romāo consule uict<sup>9</sup> supplicibus p̄cibus aggredit<sup>9</sup> : iniuriam romanoꝝ quæres : q̄ nō cōtēti Italiæ īminis imperiū spe improba totius orbis amplexi bellū cū oībus regib<sup>9</sup> ferant . Sic ill os Siciliæ sic sardinia hīspaniaq; sic deīde totius africæ impiuz affectantes bellū cū pœnis & hannibale suscepisse . Sibi quoq; nō aliā ob causam q̄ q̄ italiæ finitimis uidebat<sup>9</sup> bellū illatus : q̄si nefas eſſet aliquem regē iuxta imperii eoꝝ terminos eē : sed & ipsi cauendū eſſe exemplū cui<sup>9</sup> quanto pri<sup>9</sup> nobilius que sit regnum : tanto sit romāos acriores hostes habitur<sup>9</sup> . Sup̄ hoc cædere se illi regno : quod romani occupauerit : profite<sup>9</sup> : gratius habitur<sup>9</sup> si ī possessionē īperii sui sociū potius q̄ hostem uideret . Huiusmodi oratione impulit Philippū : ut omissis aetolis bellū Romāis inferret : mīus negocii exitimantē : q̄ ias uictos ab hannibale apud



90

Trāsmenū lacū audierat. itaq; ne mētis bellis eodem tem-  
pore grauaret̃: pacem cū atolis fecit: nō q̃si alio bellum  
trāslatur̃: sed vt Grāciā q̃eti consultur̃s: quam nunq̃  
ī māiori periculo fuisse affirmabat. Siq̃dem cōsurgenti-  
bus ab occidente nouis p̃enor̃ & romanor̃ imperiis: q̃  
bus vna hęc a grācia & asia sit mora: dū iter se bello di-  
scrimem īperiī faciūt. ceter̃s statim victoribus transitū  
ī orientes fore: Videre se itaq; ait cōsurgētem in italia  
nubē illā tructis & cruenti belli videre tonātem ac fulmi-  
nātem ab occasu p̃cellam: quam ī q̃scumq; terrarū par-  
tes victoriā tempestas detulerit magno cruoris ībre oia  
fœdaturaz. Frequent̃ Grāciāz īgentes mot̃ passaz nūc  
Persaz nūc Galloz nūc Macedonū bellis sed oia illa lu-  
dū fuisse existimat̃os: si ea quā nunc ī italia concurrat  
manus extra terrā illā se effuderit. Cernere se q̃ cruēta  
& sanguīaria iter se bella vtriq; populi & uirib̃ copiaz  
& ducū artib̃ gerāt: quā rabies solo finiri patris altius  
īteritu sine ruia finitimoz nō possit. Feros igit̃ animos  
victor̃ mīus q̃dem Macedoniā q̃ Grāciā timēdos: quia  
remotior & ī vindictam sui robustior sit. Scire tamē se  
eos: q̃ tantis uirib̃ cōcurrāt: nō contētos hoc fine uicto-  
riā fore: metuēdumq; sibi quoq; certamē eorū: q̃ supio-  
res extiterūt. Hoc praetextu finito cū atolis bello nihil  
aliud q̃ p̃enor̃ romanor̃q; bella respiciēs singulorū ui-  
res p̃pendebat. Sed nec Romani: qb̃ p̃eni & Annibal  
ī ceruicib̃ erāt: soluti metu Macedōico videbāt. nā ter-  
rebat eos & vet̃ macedōuz virt̃ & deuicti oriētis gloria  
& Philipp̃ studio Alexādrī aemulatiōis icēsus quē prō-  
ptū ad bella īdustriūq; cognouerūt. Igit̃ Philippus cū  
iterato praelio victos a p̃enis romanos didicisset aperte  
hostes se his professus naues: q̃bus ī Italiā exercitū traii-  
ceret: fabricare cœpit. Legatū deīde ad annibalem iūgē

dae societatis gratia cū epistolis mittit :q̄ compraensus  
& ad senatum productus icolumis dimissus est. Non in  
honores regis sed ne dubius adhuc idubitat⁹ hostis red  
deret. Postea vero cū romāis nūciatus esset ī Italiā phi  
lippū copias traiectur⁹: Leuiniū pratorē cū īstructis na  
uib⁹ ad prohibēdū transitū mittūt:q̄ cū ī Graciā uenif  
set: pmissis mltis impulit atolos belluz aduersus Philip  
pū suscipe. Philipp⁹ quoq; atolos ī romāorū bella sollici  
tat. Intea & Dardani Macedonix fines vastare cœperūt  
adductis .xx. milib⁹ captiuorū Philippū a Romano bello  
ad tuēdum regnū reuocauerūt. Dū hæc agūtur Leuini  
us prator inita cū Athalo rege societate Graciā popula  
tur:q̄bus cladib⁹ pculsæ ciuitates auxiliū petentes Phi  
lippū legatiōib⁹ fatigāt:necnō & illyriorū reges lati ei⁹  
hærentes assiduis precib⁹ promissa exigebāt. Sup hæc  
vastati macedones vltonē flagitabāt .q̄bus tot tantisq;  
obsessus reb⁹:cui rei pmo occurreret ambigebat :oībus  
tamē porpediē auxilia se missurū pollicet : non q̄a facere  
posset quæ pmittebat sed vt spe ipletos in societatis iu  
re retieret. Prima tamē illi expeditio aduers⁹ Dardāos  
fuit :q̄ absentiam ei⁹ aucupātes maiore belli mole Ma  
cedonix imminebāt. Cū Romanis quoq; paces facit con  
tētus iterim bellū Macedonicū distulisse. Philopœmeni  
achæorū duci quē Romanos sociorū animos sollicitare di  
dicerat:ifidias prætendit:q̄bus ille cognitis vitatisq; de  
scedere ab eo Achæos auctoritate sua cœgit.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER. XXX.

**P**HILIPPO in macedōia magnis reb⁹ iten  
to Ptolemaei ī aegypto diuersi mores erant  
Nam regno parricidio obtento & ad necem



vtriusq; parētis caede etiam fratris adiūcta ueluti rebꝰ  
 feliciter gestis luxuriae se se tradiderat :regisq; mores  
 oīs secuta regio erat .Itaq; non amici tantum praefectiq;  
 veꝝ etiam oīs exercitus depositis militiæ studis ocio ac  
 desidia corrupti marcebant .qbus rebus cognitis Antio  
 chꝰ Rex Syriæ veteri in se regnoꝝ odio stimulāte repē  
 tio bello mltas vrbes eius oppressit :ipsamq; ægyptū ag  
 gredit̃ .trepidat igit̃ Ptolemæus & p̃ legatiōes quousq;  
 vires paret rogat morari Antiochū .magno deide i græ  
 cia exercitu conducto secū dum præliū facit :spoliassetq;  
 regno Antiochū .si fortūam uirtute iuuasset contentus  
 recuperatiōe urbiū :q̃s amiserat :factaq; pace auide mate  
 riā q̃etis arripuit :reuolutusq; in luxuriam occisa Eury  
 dice uxore eademq; sorore sua Agathodeæ meretricis  
 illecebris capit̃ : atq; ita omni magnitudie nomis ac ma  
 iestatis oblitꝰ noctes i stupris dies i conuiujs cōsumit  
 Addunt̃ istrumēta luxuriæ tympana & tripudia :nec iā  
 spectat̃ rex :sed magister neqtiae neruoꝝ oblectamēta  
 modulāt̃ .Hæc primo labētis regtæ tacita pestif & occul  
 ta mala fuere .Deide Crescēte licentia iam nec parietibꝰ  
 regiae domꝰ contieri meretricis audacia :potest quas p̃  
 tuiorē sociata cū Agathocle fratre ambitiosæ pulchritu  
 dis scorto quottidiana regis supra faciebant .accedebat  
 & mater Euāthæ quæ gemie sobolis illecebris deuictus  
 regē tenebat .Itaq; nō contētæ rege ias etiam regnū pos  
 sidēt :iam i publico visunt̃ : iam salutant̃ iam comitant̃  
 Agathocles regis lateri iūctus ciuitatē regebat :tribuna  
 tꝰ praefecturas & ducatꝰ mulieres ordiabant :nec quisq;  
 i regno suo mius q̃ ipse rex poterat .Cum iterim relicto  
 quinquennii ex Eurydice sorore filio moritur :sed mors  
 eius dum pecūiam regiam mulieres rapiūt & impium  
 inita cuz perditissimis societate occupare conantur :diu

occultata fuit: re tamé cognita concursu mltitudis Agathocles occidit: & mulieres í vltioné Eurydices patibulis suffiguntur. Morte regis supplicio meretricū velut exprobrata regni ífamia legatos Alexandrini ad Romanos miserunt orantes: vt tutelam pupilli susciperét: tueréturq; regnū ægypti: quod iá Philippū & Antiochū facta íter se pactioe diuisisse dicebát. Grata legatio romanis fuit causa belli quarétib; aduersus Philippū. q; ífidiat; temporibus pūici belli fuerat. huc accedebat: q; pœnis & Annibale supato nulli; magis arma metuebant: reputantib; quantū motū Pyrrhus parua manu Macedonū í italia fecisset: q̄ntasq; res macedōes í oriéte gessissent. Mittuntur igitur legati: qui Antiocho et Philippo ut a regno ægypti abstineát: nūcient. Mittit; & .M. Laepid; í ægyptū q; tutorio noie regnū pupilli admistret. Dus hæc aguntur íterim legati Athali regis p̄gami & Rhodiõ; í iurias Philippi regis quarétes Romā venerūt: quæ res omnē cūctationé Macedonici belli senatu exemit. Statim prætextu ferédi auxilii sociis bellū aduers; Philippū decernit; legionesq; cum consule í macedoniam mittuntur. Nec mltō post tēpore tota Græcia fiducia Romanõ; aduersus Philippū spe p̄stix libertatis erepta bellū ei intulit. Atq; ita cū rex vñdiq; vrgeret; pacē petere compellitur. Deide cū expositæ cōdicionēs pacis a Romāis esset repetēte sua & Athal; & Rhodii & Achæi & ætoli cœpere contra Philipp; adduci se posse vt romāis pareat concedebat. Cater; ídignum esse Græcos a philippo & Alexādro maiorib; suis victos & sub iugū Macedonici íperii subactos velut victores leges pacis sibi dicere: qbus prius sit ratio seruitutis reddenda q̄ libertas vendicanda. Ad postremū tamé eo petēte íducix duõ; mensiū datæ vt pax quæ í Macedonia nō conueniebat: a senatu petet;



Eodem anno iter insulas Theramenes & Therasiam medio utriusque ripae & maris spatio terræmotus fuit: iquo cum admiratione nauigantium repete ex profundo cum calidis aquis insula emerfit. In Asia uero eode die motus terræ Rhodum multasque alias ciuitates graui ruinae mole concussit quasdam solidas obsorbuit. Quo prodigio territis omnibus vates cecinere oriens romanorum imperium uetus Graecorum ac Macedonum uoraturum. Interim a senatu repudiata pace Philippus in societate belli nabyntyrannum sollicitat. Atque ita cum in aciem exercitum instructis e diuerso hostibus perduxisset hortari suos coepit. Referendo peras bactrosque Indosque & omnem asiam orientis sine a Macedonibus perdomitam: tantoque fortius hoc bellum quam illa sustiendum: quanto sit libertas impio carior. Sed & Flaminium romanorum consul relatione rerum recentissime gestarum suos stimulabat in praeliu ostendendo huic Carthagem cum sicilia iter italiae & hispaniae Romana uirtute perdomitas: nec Annibalem alexandro quidem magno postponendum quo italia pulso africam ipsam tertiam partem mundi superauerint. Sed nec Macedonas ueteri fama sed praesentibus uiribus existimandos quia non cum alexandro magno: quem inuictum audierat: nec cum exercitu eius: qui totum orientem deuicerat: bellum gerant: sed cum philippo puero immaturo aetatis: qui regni terminos aduersus finitimos agere defendat. Et cum iis macedonibus: qui non ita ut praedes fuerunt: illos maiorum decora romanos se suorum militum commemorare. Non eis alio exercitu Annibalem & poenos & totum ferme occidentem sed iis ipsis quos in acie habebat militibus subactos. His adhortationibus utrinque milites praelio concurrunt. alteri orientis alteri occidentis sperto gloriantes feretesque in bellum alii maiorum suorum animi quas & obsoletas gloriam: alii uiritem recitibus experimentis uirtutis flores. Sed macedonas romana fortuna uicit

Fractus itaq; bello Phillipus pace a Flaminio cōsule pe-  
tita nomē q̄dem régiū retinuit :sed oibus Thraciæ uiri-  
bus uelē regni membris extra terminos antiquæ possessi-  
onis amissis solam macedoniam retinuit :offensi tamen  
ætoli:q̄a nō ex arbitrio eorū macedonia quoq; adēpta re-  
gi & data sibi ī præmiū belli esset :legatos ad Antiochū  
mittūt :qui eū adulatōe magnitudis ī romana bella spe  
societatis uniuersæ Græciæ impellerēt.

#### IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXI.

*Anno ante cur. xpt. 204.*

**M**ORTVO Ptolemæo Philopatre rege ægy-  
pti contemptaq; paruuli filii eius ætate:qui  
ī spem etiā regni relict<sup>9</sup> præda domesticis  
erat Antioch<sup>9</sup> rex Syriæ occupare ægyptus  
statuit. Itaq; phœnices cæterasque Syriæ quidem sed iu-  
ris ægypti ciuitates cum iuasisset: legatos ad eus senatus  
mittit:qui denunciarēt ei abstinere a regno pupili postre-  
mis patris precibus fidei suæ traditi:quib<sup>9</sup> spretis ite-  
rē tēpore alia legatio supuenit:quæ omīssa pupili p̄sōa  
ciuitates iure belli factas populi romani ī integrū resti-  
tui iubebat. Abnuenti bellum denūciat: quod ille facile  
susceptū īfeliciter gessit. Eodem tēpore & nabis tyrānus  
mītas græciæ ciuitates occupauerat. Igit<sup>9</sup> senat<sup>9</sup> ne eodē  
tempore duplici bello romanæ vires detinerētur: scripsit  
Flaminio:si ei videat<sup>9</sup>:sicuti Macedoniam a Philippo ita  
græciā a Nabide liberaret. Ob quā causam impiū ei  
progratū est. Terribile quippe Antiochi bellū Annibalis  
nomē faciebat:quē æmuli ei<sup>9</sup> occultis mādati cū Antio-  
cho inisse societate apud romanos crīnabant: negantes  
eū æquo animo sub legib<sup>9</sup> viuere assuetū impio & im-  
moderata licētia militare:semperq; tædio q̄tis urbanæ



nouas belli causas circūspicere .quæ & si falsa nunciata  
 fuissent apud timētes tamē pro veris habebant. Deniq;  
 senatus metu p̄cussus ad speculādos actus Annibalis le  
 gatum ī africanam Serulium mittit . eiq; tacitis mādati  
 pr̄cepit: vt si posset eū per æmulos ei⁹ iterficeret: metu  
 que iūsi noīs tandem populū romanū liberaret. Sed res  
 Annibales nō diu latuit uirū ad p̄spiciēda cauendaque  
 picula peritū: nec min⁹ ī secūdis aduersa q̄ in aduersis  
 secūda cogitantem . Igit̄ cum tota die ī oculis principū  
 legatiq; romani ī foro Carthagiensiu obseruat⁹ ī supre  
 mū fuisset: a propinquante vespe equū conscēdit : & rus  
 urbanū quod prope littus maris habebat ignaris seruis  
 iussisq; ad portas diuertētes opperiri contēdit. habebat  
 ibi naues cū remigib⁹ occulto sinu littoris absconditas  
 erat etiā grandis pecunia in eo agro pr̄parata : vt  
 cū res exegisset nec facultas fugas nec iōpiam moraret̄  
 Lecta igit̄ seruorū iuuentute : quorū copiam italicorū ca  
 ptiuorū numerus augebat: nauem conscēdit: cursumque  
 ad Antiochū dirigit . postera die ciuitas p̄cipem suum  
 ac tū tēporis consulem ī foro expectabat: quem vt profe  
 ctū nūciatū est nō aliter q; si vrbs capta esset: oēs trepida  
 uere exitiosamq; sibi fugā ei⁹ minati sūt. Legat⁹ uero ro  
 māus q̄si bellū ias illatū italiæ ab Annibale esset: tacitus  
 Romā reuertit̄: trepidūq; nūciū refert. Interis flamini⁹  
 ī gracia iūcta cū q̄busdam societib⁹ societate Nabides  
 tyrānus duob⁹ contiuis p̄aliis subegit : & grauer fra  
 ctū velut exanguis ī regno reliq; : sed libertate gracia  
 restituta reductis ab vrbib⁹ p̄sidis cū Roman⁹ exerci  
 tus ī Italiam reportatus esset velut vacua rursus possessi  
 one sollicitat⁹ m̄stas ciuitates repētino bello iuasit: q̄bus  
 rebus extriti Achæi ne uicinum malū etiam ad se serpet  
 bellū aduersus Nabidem decernūt: ducemq; prætorem

suum Philopomenē insignis industriæ viæ constituūt . cuius ī eo bello tāta uirtus enituit : vt opiniōe omnium compararet Flaminio Romano imperatori . Eodem tēpore Annibal cum ad Antiochum peruēisset : velut deorū munus excipitur : tantusq; eius aduētū ardor aīs regis accessit vt nō tam de bello q̄ de præmijs victoriæ cogitaret . sed Annibal cui nota romana virtus erat : negabat opprimi romanos nisi ī Italia posse . Ad hoc sibi centū naues & decem milia peditū & mille eqtes poscebat . Promittēs hac mānū nō mīus bellū q̄ gesserit Italiæ restauratur : & ī asiā regi sedēti aut victoriæ de Romanis : aut æqs pacis cōditiones relatur . Quippe & hispāis bello flagrantibus ducē tātum deesse . & italiæ notiorē sibi nūc q̄ pridē fuisse : sed nec Carthagiē q̄turam sociamq; ei se sine mora præbiturā . cū regi consilia placuissent : mittit Carthagiē vnus ex comitibus Annibalis : q̄ ī bellū cupidos hortetur . Annibalemq; cū copiis affuturū nunciet : nihil dicat partibus nisi animos Carthagiensium deesse : Asiæ & vires belli & sumptū præbiturā . hæc cū relata Carthagiensēs eēt nūcius ipse ab inimicis Annibalis comprædit . & p̄ductus ī senatū : cū iterogaret : ad quē missus esset : p̄uico ingenio respōdit se ad vniuersū senatū missū . Nec enim hoc opus singulorū sed vniuersorū esse : dū multis diebus deliberant an eum Romā ad purgandā publicā cōscientiam mittit : tacitō conscēsa naue ad Annibalē reuertit quo cognito Carthagiensēs statim romam legatus deferrunt . Romani quoq; ad Antiochū legatos misere : qui sub spe legatiōis & regis apparatū specularent : & Annibales autē Romāis mitigaret : aut assiduo colloquio suspectus ītū sumq; regi faceret . Itaq; legati cū ephesi cōuenissent ad Antiochū mādata ei senatū tradūt . Dū responsum expectat oībus diebus assidui cū Annibale fuerunt : dicentes



94  
timide eū a patria recessisse: cū pacē romāi nō tam cum  
republica q̄ cū eo factam sūma fide custodiāt: nec bella  
eū Romanorū magis odio q̄ patriæ gessisse : cui ab opti  
mo quoq; etiam spirit⁹ ipse debebat . Has enī publicas  
iter populos nō p̄uatas iter duces bellandi causas esse. ī  
de res gestas ei⁹ laudare: quorum sermone lætus sapius  
cupiduisq; cū legatis colloquit̄ . Ignar⁹ quid p̄ familiari  
tate romana odiū sibi apud regē crearet. Quippe antio  
ch⁹ taz assiduo colloq̄o recōciliatas cū romanis grācias  
existimās nihil ad eū sicut solebat referre: exptemq; tott  
us consilii & veluti hostes p̄ditoremq; suū odisse cœpit  
quæ res tantū apparatus belli cessante imperatoria arte  
corruptit. Senat⁹ mādata fuerāt: vt cōtentus termis asiæ  
esset: ne ipsis īgrediēdi asiā necessitates impōeret: qui  
bus sp̄retis nō accipiendū bellū statuisse sed īferendū di  
cit̄: cuz frequent̄ de bello consiliū habuisset remoto An  
nibale: tādemeū vocari iussisse: nō vt ex sentētia ei⁹ ali  
qd ageret: sed ne p̄ ōnia eū spreuisse videret̄: omnibus  
que progatis postremū īterrogasse : quo ille aiaduerso  
ītelligere se p̄fessus est: nō qa egeat consilio sed ad sup  
plēdum numerū sentētiarū se uocatū: tamē & odio Roma  
norū & amore regis: apud quē solum tutū sibi exilius re  
lictū sit: se uiaz gerēdi belli edifferturū. Venias deinde li  
beratis deprecatus ē: nihil se aut cōsiliorū aut cœptorū  
præsentiū p̄bare ait : nec sedē belli grāciam sibi placere  
cū italia huberior rmatia sit . Quippe Romāos uici nō  
nisi armis suis posse . Nec italiam aliē q̄ italicis uiribus  
subigi. Siquidē diuersum cæteris mortalib⁹ esse illud &  
belli géus & hominū aliis bellis plurimū momēti habere  
priorē aliq̄m cepisse occasiōē loci tēporisq; agros rapu  
isse urbes aliq̄s expugnasse: cū romano seu occupauerit  
prior aliq̄ seu uiceris tū etiā cū uicto & iacēte luctandū

est. Quam ob rē siqs eos i italia laceffet suis eos opib⁹  
suis uirib⁹ suis armis posse uincere: sicut ipse fecerit. sin  
vero qs illis italia uelut fonte cesserit viriū proide falli  
ac siqs amnes nō ab ipsis fontiu p̄mordis deriuare sed  
concretis iam aq̄rum molib⁹ auertere vel exiccare uelit  
hoc & secreto se cēuisse: utroq; ministeriū cōsiliū sui ob  
tulisse. & nūc præsētib⁹ amicis ideo repetisse: ut scirent  
oēs ratiōem cū romanis gerēdi belli: eosq; foris iuictos  
domi fragiles esse. Pri⁹ namq; eos vrbe q̄ impio: prius  
italia q̄ puicus exui posse. Quippe & a gallis captos &  
a se prope deletos ēē: neq; se vnq̄ victū pusq̄ terris eoz  
cesserit. Reuerso Carthagiē statim cū loco fortūas bel  
li mutatas. Huic sentētiæ obtrectatores amici regis erāt  
nō utilitatē rei cogitantes sed uerētes: ne p̄bato cōsilio  
ei⁹ primū apud regē locus gratiæ occuparet. At Antio  
cho nō tam cōsiliū q̄ auctor displicebat ne gloria uicto  
riæ Annibalis nō sua ēēt. Omnia igit̄ uariis assētationū  
adulatōnib⁹ corrupēbant: nihil cōsilio ul̄ rōne ageba  
tur. Rex ipse p̄ hyemē i luxurias lapsus nouis quotidie  
nuptiis dedit⁹ erat. Cōtra attilius romanus consul: q̄ ad  
hoc bellū missus erat: copias arma cætaq; bello necessa  
ria summa idustria parabat: ciuitates socias cōfirmabat  
dubias illiciebat. nec alius exitus belli q̄ apparatus utri  
usq; patris fuit. Itaq; p̄ma belli cōgressione cū cedentes  
suos rex cerneret nō laborātibus auxiliū tulit: sed fugiē  
tibus se duces præbuit: castraq; ditia uictoribus reliqt  
Deide cū i Asiam præda romanis occupatis fugiēdo p̄  
uēisset: pœnitere neglecti cōsiliū cœpit: reuocatoq; i ami  
citiā Annibale oīa ex sentētia eius agere uelle dicit. ite  
rim nunciat̄ ei huiū Neneuiū romanū ducē cū octogī  
ta rostratis nauibus i bellum nauale a senatu missum  
aduētare: quæ res illi restituēdæ fortunæ spē dedit. Itaq;



95-

priusq̄ sociæ ciuitates ad hostes deficerēt: decernere nauali prælio statuit: sperans cladē ī grācia acceptā noua posse uictoria aboleri. Annibali igit̄ tradita classe præliū committit: sed nec asiaz milites Romāis neq; naues eorū pares rostratis nauib⁹ fuere: mior tamē clades ducis solertia fuit. Romā nondū opio uictoriæ uenerat. & iccirco ī cōsulib⁹ creādīs suspēsa ciuitas erat: sed aduersus Annibalē duces q̄s melior q̄ africāi frater crearet̄: cū uicere pœnos op⁹ Scipionū sit! Creat̄ igit̄ consul Lucius Scipio: eiq; datur legatus frater Africāus: ut itelligeret Antioch⁹ nō maiorē fiduciam se ī Annibale uicto q̄ romanos ī uictore Scipiōe hēre. Traiciētibus ī Asiaz scipiōnib⁹ exercitū iam utrobq; profligatū bellum nūciatū est: uictumq; Antiochū terrestri Annibalē nauali bello iuenerūt. Primo igit̄ aduētū eorū legatos pacē petētē ad eos Antioch⁹ mittit: peculiare donū Africāo ferentes ipsius filiū: quem rex paruo nauigio traicientē ceperat. Sed Africanus p̄uata beneficia a rebus publicis segregata dixit: aliaq; eē patris officia: alia patriæ iura: quæ nō liberis tantū uerū etiā uitæ ipsi præponātur. Proinde gratū se mūus accipe: p̄uatoq; impēdio mūificētiaz regis respōsus: quod ad bellū pacemq; p̄tēat: nihil neq; gratiæ dari neq; de iure patriæ decidi posse respōdit. Nam neq; de redimēdo filio vnq̄ tractauit: nec senatū de eo agere p̄misit: sed ut dignum maiestate ei⁹ erat: armis se recepturum filium dixerat. Post hęc leges pacis dicūtur: ut Asia Romanis cederet: contētus Syriæ regno eēt naues uniuersas captiuos & transfugas traderet: sumptumq; omnē belli Romanis restitueret: quæ cū nunciata Antiocho eēt nondum ita uictum se eē respondit: ut spoliari se regno pateret̄: belliq; ea irritamēta non pacis blandimēta eē. Igit̄ dum ab utroq; bellū pararet & ingressi

